Item Aatuimus dt etiam ordinamus, quod quateumque perfona, cujufcumque gradus, dignitatis, flatus, vel conditionis exiftat, qu* bona quateumque five jura ad ecdcfias vd ecdefiafticas perfonas quomodolibet pertinentia detinet occupata, vel que in przjudicium ecclefiarum feu perfonarum ecdcfiafticarum & jurium earumdem, aliquas fecerint indebitas novitates, plene reftiruat, & cum efleâu revocet, nili fatisfaâionem faciat infra menfem, poftquam fuerit requitita: quod nifi fecerit, excommunicationis fententiz fe novent fubjacere. Et fi univerfitas vel dominus, feu reâor, aut officialis, fuerit in przmiffis culpabilis: ecclefiaftico univerfitas ipfa, dic locus hujufmodi, ubi pnediâa feu aliquid przdiâorum commifla fiierint (qu* fub ejus dominio fuerit, alioquin locus fitus, tibi habuerit fuum domicilium principale) fubjaceat interdifto. Univerfitatem autem fufficienter requifitam, quoad pnefens propofitvm, reputamus: cum dominus vel officialis, qui ibi przfuerit, nominarim expretis injuria, * aut quam revocari faciat, fcerit requifitus; vel cum per tres dies Dominicos publice, cum celebrabuntur

Di-

"anno" Christi "M

myfteria, per facerdotesa parechialem, vel ejns locum tenentem de mandatis ordinarii vel officialis ejufiiem fignificatum fuerit, quod de injuria, novitate, & damnis, nomination expri. mendis, fatisfaciat competenter.

XIII. *Ne quit m loco fuo retinan betoo ecclefiarum dibi miebite ublato.*

Item, quod loca, isd que bonaecdefiarum vd ecdcfiafticarum perfonarum, per violentiam manifeftam feu notoriam injuriam fine caufa probabili oblata, fcu arreftata devenerint, tamdiu, poft decem dies, ex quo fignificatum fuerit locorum domino vel redori, interdicta permaneant, quamdiu bona hujufmodi ibi fuerint detenta, dt competens non exhibeatur emenda.

XIV. *Ut [tculorit potefleu clericum coptum cito judici fuo refiituat,* msàs- *lum exiittu ab eodem.*

Item, quia privilegium meretur amittere, qui permifla fibi abutitur poteflate, attendentes quod nonnulli domini temporales, vicarii, clavarii, & alii frcularinm curiarum officiales, obtentu feu occatione aliquarum licentiarum, ex caufa eis ad certum tempus, vel fimpliciter, ve! ad certas perfonas, ab archiepifcopis & epifeopis conceflarum, hac occatione, prout competimus, manus temerarias ad capiendum clericos paffim & indifferenter aliafque perfonas ecclefiafticas, incurialiter, * & eo modo quo poffint turpius ad majorem ecclefix ac cleri, extendere non verentur; quinimmo ipfos fuis mancipant carceribus, ac ibidem nonnunquam eos faciunt radi totaliter, ut pailiare poffint exceflus fuos, fle illos confingere clericos non fuifle, vel non efle in pofleflione clericatus, feu quafi, in fuarum animarum periculum, fle enervationem eccletialticx libertatis: prohibemus, ne a quoquam talia vel fimilia de cattero attententur, revocantes ex nunc licentias fub quacumque forma verborum, fuper hujufmodi captionibus vel detentionibus, generaliter vel fprculiter, per litteras, vel oraculo viva: vocis, vel alias quomodolrbet faciendis, conceflas. Alioquin contrarium facientes, cujufcumque ftatus, conditionis, vel dignitatis exiftant, five fint laici, five ecclefiafticx perfonx, regulares, vel etiam fieculares, hanc noftram excommunicationis lententiam, quam in his feriptis profen- """Tortibus ferimus, incurrere volumus ipfoc Maun faâo; nili forte ia eo dumtaxat o- «**. fu, cum fcilicet eos adhuc flagrante crimine capi contigerit, antequam ad alios extraneos actas divertant, redta via eos ad curiam ecclcfiafticam duxerint, & eos reftitueriat fine fraude. Si vero de noâe talem ceperint, debeant ultro in craftinum, line retentione bonorum fuorum, fle talione perfonarum, fine requifitionc alia reddere eos curta fupradicta: nec eis liceat aliquid a captis hujufmodi, dono vel gratia, fob colore aliquo extorquere, vel recipere gratis data. Quod fi in caftris vel villis captiones hujufmodi fieri contingat, adducant ipfos ad ecclefiafticam curiam, vel tranfmittant quaincitius fub fida cuftodia, in expenus curta ipfius moderatis. Quod fi fecus egerint, vd in fraudem aliquam fuper hoc aliquid attentaverint; eadem fentesttia involvantur. Et fi clericum detentum de loco ad locum mutaverint. Comnia loca illa tamdiu remaneant interdida, donec clericum captum, cum armis, & aliis rebus fuis dkbcc fano reftifuerint, & de injuria irrogata ad arbitrium dJcBcefani fatisfeceriut, fle ipfa fententia per ipfum fuerit relaxata.

• «nlte, *ftrit* lotmtlter.

XV. *Prorogatiojurifdiilioniji i* inVaforet* ‹*F *occupatoret ecclefia/icorum* fow- *rum & jurium exercendi.*

Item, cuilibet ordinario, infra cujus Ɵjunfdi&ioncm fuerit injuria vel violenMtia ecclefiis ecclcfiafticilque perfonis, aut in rebus vel eorum juribus irrogata, feu eorum pofTetGo, vel quafi, turbata. vel indebite occupata: conrra ipfos injuriantes vel perturbantes, fcu in prxmiflis, vel eorum aliquo, quomodolibet delinquentes, ac inde proflantes auxilium, confilium, vel favorem, cujufcumque dignitatis vel ftatus cxiftant, procedendi timpliciter, fummarie, fle dc plano ac fine ftrepitu judicii, fle figura citandi, informationes £ recipiendi ioquifinones faciendi, definiendi, declarandi, fle omnem juttfdiâionem ecdctiafticam exercendi, ubi. iibet infra vcftras provincias, civitates, fle diœcefes, plenam fle expreflam audloritate prxfentis concilii nos flt epifcopi, archiepiicopi- fle procuratores epifeopprum abfentium, habentes ad hoc mandatum fufficiens, concedimus facultatem. Nec objici valeat contra tales procelTus, quod extra territorium.

jus

"7^~jus dixerit fic procedens : quia, quoad ANNO onusTt pratmiffa et qwelibet prxmiflbrum, ju- :*'':... 'rifdiâionem noftram, et noftroram,vi. ciffim inter nos prorogavimus, vices noftras nobis ad invicem, ac di&arum provinciarum, civitatum, ac diçcefum, fingulifque officialibus et locum tenentibus, pntfentibus et futuris, in folidum committentes; univerfis noftris fubditis injungentes, ut in prxmiffis ordinario ac ejus officiali, feu locum tenenti, fic procedenti pareant et intendant. Quod nifi fecerint, poflit procedens per cenfuram ecclefiafticam animadvertere in eofdem. Et nihilo minus, fi nos archiepifeopi et epifcopi, per fic procedentem requifiti, prxtermiferimus fuas in hac pane requificiones aliquatenus exaudire, aut idfuper quorequifiti fuerimus, non curaverimus perducere ad effeâum : fic non exaudiens, nec ad effèâum perducens, eo ipfo per unum menfem, auâoritate prxfentis concilii, a pontificalibus fit fufpenfiu: pnefenti ftatuto poft decennium minime valituro: ita tamen quod per hoc fic procedenti in alienae civitate vel dkecefi, nullum jus aut jurifdiâio in poftenun ex longinquitate temporis, vel alias, poftdecennium acquiratur.

XVI. *Ut excommunicati ad nullum officium fubiicum admittantur.*

Item ftatuimus,quod excommunicari, in judices, confides, re&ores, bailivos, poteftates, affeflbres, vel notarios, vel ad alia quaevis publica officia, nullatenus aflumantur, nec etiam admittantur: &fi defaâo admiffi fuerint, fententia per eos, vel eorum auâoritate in judicio vel extra habita, & monimenta coram eis, vel per eos fada, nulla, & nulli fine ipfo jure. Et nihilo minus quicumque, cujufcumque dignitatis, Ratus, aut conditionis exiftant, fi tales excommunicato· ad aliquod officiorum przdiâorum fcienter aflumpferint, vel aflumptos per alios approbaverint, vel confirmaverint, excommunicationis fententiam incurrant ipfo faâo. Et fi requifiti per ordinanum, vel alium ejus nomine hujufmodi excommunicato· infra decem dies a tempore requifitionis, a praediâis officiis fic aflumptoe, non amoverint cum effisâu: loca illa, in quibus ad aliquod pnediftorum officiosum afiumpei fuerint, fic & tamdiu remaneant ecclefiaftico fuppofita interdiâo, donec fic excommunicati, a fufeeptis officiis realiter, & fine fraude, & fine aliqua reftitutionis fpe, quandiu in excommunicatione perftiterint, fint amoti: univerfitas ac civitas caftri vel villae, quae excommunicato·, & in ecclefia publice denunciatos, ad aliquid pnediâorum officiorum afiumpferit vel elegerit, ubi eis alias hoc liceret, ecclefiaftico etiam fit fuppofita interdicto.

AVNO "| chroti * *,a'·

XVIL *Ut nullus miniftret toxicum vel alia venenofa.*

B

Item ftatuimus, & fub pcena excommunicationis diftri&ius inhibemus, ne quis apothecariorum, vel quis alius, cujufcumque conditionis vel fexus exiftat, toxicum vendat nec donet, nec alio modo miniftret alicui, vel alia venenofa, nifi prius fignificet curia; ordinarii, ut fciri poffit fuis temporibus, fi cafus toxicationis contingeret, quis fuerit emptor ille vel alius qualifcumque: quodque apothecarius quilibet ad hoa obfervandum, juramento coram fuo fuperiore corporaliter pneftito pro fe, dt fua familia, fpecialiteradftringa ter. Aliter autem d res ?z vendentes, & ad homicidir perpetrandum recipientes quor" aoiibet, vel ementes, fit ad hoc confilium vel confenfum tacite vel exprefle pntftantes, excommunicationis vinculo fubjaceant, ad fedem apoftolicam pro abfolutionis beneficio remittendi, cc alias, ficut fuerit juftum, puniendi

VVfIT n XV111. *fanis r, taxicum vel herbas mortiferas /» mortem alterius miniflrannbus, inferendis.*

Item quod quicumque alium toxicare, aut opem ad hoc vel confilium dare, vel in necem alterius toxicum di&are, feu vendere, vel aliter mjniftrare przfumpferit, vel herbas mortiferas in mortem vel abortivum cujufquam dederit, eo ipfo excommunicationem incurrat a qua non nifi per fedem apoftolicam abfolvatur, Et fi clericus bénéficiâtes fit, illo fit privatu· beneficio ipfo fa&o,&ab ordine,quem fufceperat, degradetur, tradendus curia; fieculari Sed & tali vel fimili fufpicione probabili infamatus, &. ex verifimiiibus prxfumptionibiu, & perfpicuu indiciis, apud bonos & graves notatus, ad hono rem vel dignitatem ecclefiafticam nulla

ïj'i c. ·>«

E

chxisti •i»*. tenus admittatur, Et nihilo minus ad detentionem perfonx honcfiam, prout requiret perfonx ftatus, & fceleris immanitas fuadebit , ad inveniendam veritatis certitudinem, ficut fuperioris diferetioni vifuty fuerit, procedatur,

XIX. *Qualiter contre exemptos <h* privilegietos in diverfis abutentes fuis privilegiis procedetur,*

Ccnc.vaw. c '". Idem dolentes referimus, quod nonnulli religiofi, hofpitalarii, Ciftercienfes, & alii tam exempti, quam privilégiât!, de privilegiorum fibi forte aut ordini fuo indultorum prerogative temere confidentes, excommunicationis, fufpenfionis, vel interdidi fententias, ab ordinariis vel officialibus ipforum rationabiliter promulgatas, obfervare non curant: quinimmo in contemptum clavium, excommunicator , fufpenfos, & interdictos hujufmodi, ad Divina recipiunt, aut interdum in donatos, aut confratres, contra mentem concilii Lateranenfis, admittunt: receptatorum in bac parte genus peffimum imitantes, fine quibus delinquentes in his & fimilibus diu ferfitan non laterent, Sed nec his contenti, domos eonventuales alterius ordinis quam fui, eifdem ordinariis lege diœccfani fubjedas, & afui fundatione Jurifdidioni perlatorum , falva regula feu ordinis fui difciplina, fuppofitas, tam prznominati, quam ceteri religiofi, etiam non exempti nec privilégiât! , vendicant fibi ; & prxlatis, quafi furtim , fuccedente poftmodum violentia, fubtrahere moliuntur : ficque de fuis indulgentiis feu privilegiis confidentes, alios fidentius in jure fuo moleftant ; ita quod audoritate, immo temeritate propria , nunc in veftimentis ovium venientes, nunc fxculari fulti potentia, violentiam per fe, vel per alium inferentes , poifeffiones ,<5c quafi, domonim hujufmodi, ac rerum & Jurium ad cos fpcdantium, occupare, & cum armis aliquoties invadere non verentur, & occupata tenere contendunt in prxlatorum praejudicium , plurimorum fcandalum, & enormem nihilo minus illius ordinis, cujus erant ab initio, &cui ab antiquo fubeflè confueverant, Ixfionem. Cum igitur ta» les, & tam enormiter excedentes, & notorie delinquentes, receptatoribus non impares, ac improbis raptoribus nequiores, perinde ut. alios, Juracenfeant puniendos t nos, quatenus in ipfos animadvertere poflumus, & a jure nobis permittitur, dc maxime fi de privilegiis fuis non velint copiam facere, rcquiCti volentes, ubi eos indulta fibi privilegia non defendunt, corredionis dc refermationis officium exercere, & ambientium effrenatam cupidinem reprimere cupientes: ftatuimus, dc concorditer ordinamus, ut tales dc fimiles, in permittis dc fimilibus tam enormiter excedentes, et tam notorie delinquentes, nifi deftiterint, etianiori dudiconfilio, congruenter infix dies odo ex quo fuerint requifiti, revocare feu emendare diftulerint, una cum illis, qui fe ad eos fic ligati reduxerint, et eis qui translationem hujufmodi acceptaverint * et exinde monafteria, domos, vel conventuales res, et jura hujufmodi occupare feu invadere cum armis vel fine armis prxfumpferint, necnon et omnes, qui eis ad hoc opem vel operam prxftiterint, aut, ut fic occupata detineant, confilium vel juvamen prxbuerint, excommunicationi fubjaceant ipfo fado. Sed et cum ipfi prxlatis non deferant, fed potius vilipendant eofdem; prxlati etiam contra, quandiu fic fteterint , et aufn temerario eis vel officialibus eorum in prxmiffis reftiterint , in privilegiis vel aliis juribus fuis tueri eos vel defendere minime teneantur. Dignum eft enim, ut qua menfura menfi fuerint , eadem remetiatur et eis : ut ignorantes ignorari, et contemptores fentiant fc contemni. Qua enim fronte, praelatorum invocabunt auxilium, qui committere non formidant in ipfos. Statuimus infuper, prxeipimus, et concorditer ordinamus, ut lingulares perfonx, tam * fuimet quam ipfius cquventust, mixtim translationem taliter*fieri procurantes,' ab illius domus feu conventus confortio penitus et in perpetuum excludantur, vitam fuam alibi fub arda penitentia, fui fuperioris arbitrio, finiturx; circa translationem autem fingnlarium perfonarum , ad rediorem ferte regulam tranfire cupientium, nihil per hoc intendimus extra formam a jure traditam immutare,

XX. *Ut presbyteri tçfiemextis perochieno^rum interfies, &* per epljcopnm diftribueneur refiittttoxcs incerte.*

Item, ne relidx in teftamentis vel aliis ultimis voluntatibus emendx, vel ad pias caufas elcemofync, vel reftitutiones ccrtx vel incertx , forfitan occultentur: ftatuimus, ut vel presbyter parochialis interefle rogetur otdinationi teftantis ♦ ft tamen haberi poterit, aut

quod

'quod notarius infra odo dies a die obi- tus numerandos, pnelato vel officiali aut presbytero parochiali, copiam illius articuli, ubi quxvis eleemofyna piis eft ufibus deputata, vd emenda, feu reftitutio facienda, fub pœna excommunicationis, quamipfo fado, fi negaret, incurrat , facere fideliter teneatur ; & ille, vel illi, fic cum heredibus & exeeutoribus teftatoris ordinare feftinenr, quod emendx non occultentur, dc eleemofynx fic relidz, vel reftitutiones hujufmodi, non pereant, ad tempus magnum, vd modicum, aut forte perpetuo faciendae, Adjicientes infuper, quod incertx reftitutiones, nulli per aliquem exeeutorem teftamcnti, vel alium przter diecefani licentiam , prrbeantur: nec aliquis * diftribuere pracfamat * alibi, quam ubi przlatiuduxerit ordinandum , etfi a teftatore contrarium didum effet. Ad hoc adjicimus, quod presbyteri in fynodos venientes, przlato fuo vel officiali ejus, in feriptis, teftatorum & exeeutorum nomina, & quantitatem hujufmodi, pnefentare in virtute obedientix teneantur.

*Aaliquid, mirer.

XXI' ** difiributiutibs* legaturum Vocauur, grout ad eas fertisses dc coufuetndisu vel de jure.

Cum in eo, in quoalicujus intereffe rationabiliter tangitur, ejus vocatio debita requiratur: volumus dt jubemus, quod in diftributionibus legatorum, quorum divifioni feu execution! habent interefle epifeopi de confuetudine vel dc jure, vocari debeant epifeopi feu loca tenentes ipforum? quibus equidem non vocatis, nulla pnefumatur fieri diftributio de legatis; dt fi fada fuerit, heredi feu facceffori, vel illi a quo * reli&um eft, nulla ex tali diftributione liberatio acquiratur ·

XXII. *Ut sudius cottfejfor, fisse diucefioti lietnsia, qucmcumque grafumas abfaivere in cafibus infraferiftis.*

Ium ut nullus, cujufcumque ordinis vel religionis feu conditionis exiftat, œnfitentes in cujufquam civitate vel diœcefi, preter fpecialem vel generalem licentiam ipfius dkecefani, de fado abfolvere quem-

ftatuto provinciali vel fynodali, fpedaliter refervatis, Cafus veto fiint hi. In excommunicato a canone, in incendiario nondum eoam publicato, in blafphemo fiunofo, m votis relaxandis velcommu- tandis, in his qux confueta funt in dicecefi epifeopo refervari ,(utpote in oppreffione puerorum, in homicidiis, in facrilegiis ultra decem folidos, in violatoribus ecclefiarum, in violatoribus ecclefiaftic* libertatis & immunitatis, in inceftucum confanguineis dt affinibus, in afeendentibus & defeendentibus in infinitum, & in collateralibus ufque ad fecundum gradum indufive, in carnali cognitione fandimonialis, aut defloratione virginis violenta, in illis qui in ecclefia luxuriam commiferint per carnalem copulam confnmmatam, in reftitutionibus incertis ultra xx. folidos in una perfona, in clandeftine contrahentibus, in eo qui confactus eft multo tempore pravitatem ufarariam exercere, in falfo tefte, in falfario litterarum vel inftrumentorum , vel fub. trahente aliena inftrumenta feu delente, in falfario monetae, in impediente legatum fedis apoftolicx, in proditore domini vel patris, in hzrefis fe&atorc, in fupponente partum vel necante , Vel abortivum fibi vel alii procurante, in mulicre, qux ab alio quam a marito proprio concepit infantem, quem maritus fuus exiftimat efle fuum, propter quem legitimi defraudantur hereditate paterna, in toxicatione · vel aliud mortiferum procurante, vel miniftrante, vel opem aut confilium adhibente, in coeunte cum Judxa vel Sarracena, vel bruto, velecon. tra, in fortilegis, ad quos communiter recurritur pro tortilegiis faciendis, in his qui corpore Chriftr, oleo fando, vel chrifmate abutuntur, in depopulatoribus agrorum, vinearum, vel arborum, in excommunicatis qui fcienter ingerunt fe Divinis, & commoniti nolunt ecclefia exire, Divinum officium perturbantes, in illis qui fcienter cxcommunicatorum corpora recipiunt ad ecdefiafticam fepulturam, vel confepeliunt ibi contra parochialis presbyteri voluntatem, in illis qui fcienter celebrant in ecclefia interdida, quibus non eft a jure vel privilegio conceffum, cum ex hoc reconcilianda fit ecclefia fupradi&a.

XXIII. *Ut sudius accafione eejfianis fibi faite curam extraardisusrio judice quemfuens audeas convenire.*

Item, quod nullus clericus vd perfona ecclefiaftica, excaufa, veloccafione, vel ratione donationis vd ceflionis fibi fade, vd de extero faciendas, aut emptionis, permutationis, vel 'in folutum dationis , qux emptio , permutatio ,

"^jj^- Christi •i»*· vel in folatum datio, in fraudem fie- rent, quemquam coram extraordinario judice audeat convenire; fi fecus egerit, excommunicationis incurrat fententiam ipfo fado.

XXIV. *Ut nullus botta ecclefiarum vacantium occupet, nifi fibi per privilegium vel nnfuetudinem boc liceret.*

Item, quod nullus omnino praelatus, abbas , prior, vel patronus clericus, vel lucus , cujufcumque ordinis , flatus, vel dignitatis, ordinis, vel religionis édifiât i bona ecclefiarum vacantium metropolitans vel fuflraganec, prioratus, abbatis, vel alterius cujufcumque monafterii vel ecclefiz, per promotionem, aut mortem vel refignationem, vel mutationem, vel abfolutionem, aut alio quocumque modo vacantium, capere vel per fe, vel per alium, aut occupare vel ufurpare przfumat, nifi fibi per privilegium vel confuetudinem hoc liceret, Quod fi fecerit, tam ipfe, quam gratis obedientes ei aliqualiter in hac parte excommunicationis incurrant fententiam ipfo fado.

XXV. *Ut nulla perfona ecclefiafiica cum potcftatjbus Jacularibuspoffe babens, det confilium vel juvamen centra ecclefiafiicas libertates.*

Item , quod quaelibet ecclefiafticx peribnz , Arcularium forte principum curias & conliha frequentantes, majores, vel minores, vel medix, cujufcumquedignitatis, ordinis, conditionis, vel flatus exiflant, fi fcienter contra Deum fic juftitiam et ecclefiafticam libertatem, in prxjudicium alicujus ecclefiz vel praelati , feu redoris ecdefiaftici, confilium , vel favorem aut juvamen ecclefiafticx libertati contrarium dederint , darive procuraverint, excommunicationis incurrant fententiam ipfo fado : a qua non nifi emendato damno, feu alio difpendio , circa fedem apoflolicam abfol-

'anlur'

XXVI. *Ut nullus in facris cmftitutus vel curam animarum babens, in judiciis fecularium gerat «ficum publicum vel privatum.*

Item, quod nullus clericus habens cu-- ram animarum, vel in facris ordinibus conftitutuj, poilit efle de crtero in judiciis five caufis in curia fcculari procurator , fyndicus, rei ador, vel judex, aut bailivus, in exercenda jurifdi&ione domini temporalis pro aliquo laico, Quod fi monitus, infra menfem non deftiterit : ex tunc talis, fi beneficiatus fuerit, beneficiis hujufmodi auâoritate prxfcntis concilii fufpendatur; non bénéficiants vero, a liminibus ecclefiz arceatur.

XXVII. *De modoprobandi eleftionemfepultura illorum, qui apud religiojbs eam elegiffe dicuntur.*

Item ftatuimus , nequis illorum funera defundorq/n, quos fratres Prxdica, tores & Minores apud fe fepnlturam elegifle probaverint, deferri ad domos fic ecdefias eorum impediat, falvo tamen jure portandi funqg ad parocbialem ecclefiam, ex confuetudine laudabili hadenus obfervata ; nec circa przdida injuriam fratribus ipfis aut funeri, fobcam omittendo campanarum pullationem , vel aliter, inferre przfumat, Super hac autem probatione, volumus, fummarie fie de plano, fine fumptibus fic feript» quacumque, per exhibitionem ordinationis teflantis, aut produ&ionem teftium , coram parochialis ecclefiz redojre procedere, fi tamen potuerit fit voluerit interefle. Quo abfenre utique , vel nolente, coram officiali vel ejus locum tenente, fi funus in civitate fixerit , hoc probari fufficiet, vel coram pen. fonis publicis fit honeftis, fi hoc extra foruflb contingat. Aliter equidem ubi erunt funera, ea de domibus extrahi prohibemus : incurfuris excommunicationis fententiam ipfo fado quibufeumque contra tenorem hujufmodi conftitutionis extrahentibus de domibus funera, aut facientibus , procurantibus, feu permittentibus extrahi, fic prrfumentibus, in hoc, auxilium, favorem, aut confilium impertiri. Quod autem circa fratres paedidos , quoad probationem fie extradions funeris inhibitionem, ftatuimus : aid alios religiofos, apud quos fepukura eleda fuerit, extendi jubemus,

XXVIII. *Ut fine navi cenfusimpofitione, vel veteris etugmeatatione t beneficia conferantur.*

Item, quod prioratus beneficii, feu alterius ecdefiaflici , **fââa** cum novi cenfus impofitione ve! penfionis antiquae augmentation collatio, non valeat ipfo jure, & per proximum fuperiorem, illa vice, perfonr idoneae fine didi oneris vitio conferatur, ac fi ad eum propter

"7îwaJ~'>roPter negligentiam fuiflet alias colla-Λ beneficii devoluta.

XXIX. *Ut monachi 'in ecclefiis fuis infra certum tempus perpetuos vicarios ordinariis reprafentent.*

Item ftatuimus, quod in fingulis ecclefiis per monachos folitis gubernari, infra fex menfes, priores earum fuis diœcefanis ad curam animarum perpetuos presbyteros reprzfentent. Quod nifi fecerint, ex tunc hac vice epifeopi inftituant perpetuos presbyteros in cura prxdida, & ipfos priores compellant ad providendum eifdem presbyteris, prout idem inftituens duxerit ordinandum.

XXX. *Ut nullus beneficium conferat, in quo jus tantum obtinet patronatus,*

Item ftatuimus, quod*nullus in aliquo beneficio ecclefiaftico folum jusofi-. tlneas patronatus, cum |pfum vacare contigerit, ad ipfum conferendum procedat. Quod fi ~fecus egerit,..in..illa vacatione jus prxftandi ipfo fado amittat: & fuperior, ad quem inftitutio pertinet, plenam ejus difpofitioncm habeat illa vice.

XXXI. *Ut prefentatus patrono non juret fine diacefani licentia, ^ntc ab alio fe inftitui patiatur, nec beneficium obtentum dimittat.*

Item fub pœna excommunicationis praecipimus, ne quis a patrono clerico'^ vel laico przfentatus, aut przfentandus, prxftet aliquod juramentum in 'manibus patroni, vel alterius cujufcumque, fine fpeciali ipfius ordinarii licentia &. conceffu: de quo in inftitutionc vel poft, poflint praitare juramentum patronis, ratione temporalium, prout eis competit de jure vel confuetudine, Quodque poefentatus vel prxfentandus hujufmodi, ab alio quam ab ordinario, cui de jure* competit, in ecclefia parochiali fe inftitui nullatenus patiatur: nec ex quo £ per ordinarium inftitutus fuerit vel admiflus, beneficium dimittat hujufmodi, non petita ipfius ordinarii licentia, vel conceflu, vel nifi alia fufficicns caufa fubfit, legitima, probabilis, & honefta.

XXXII, *Ut ecclefia <b' cccleflafiica perfbna a talliis Φ* exadionibus faculanum .fer ordinarios defendamur.* quust j '*.*.

Item quod clerici, & hofpitalia, & ecclefix, a talliis & exadionibus, quas domini temporales faciunt, etiam ratione pofleflionum temporalium, necnon & in patrimonialibus fecundum leges, & canones defendantur per ordinarios, nimis hadenus fuper boc négligentes: 2 ne paulatim totum ufurpent temporales domini, inprzjudicium& enervationem ecclefiafticsa libertatis.

XXXIII. *Ne quefia, vel alie exadianes per peculates bofpitalibus imponantur.*

Item, quod didi fieculares, cujufcumque gradus, dignitatis, feu conditionis exiftant, hofpitalia ufibus pauperum deputata, occafione cavalgarum, talliarum, quzftarum, vel aliarum illicitarum exa-Cdionum, quoçumque nomine appellcntur, nec onerare, nec moleftare praefumant. Alioquin fi rcqujfiti, defiftere dc emendam praedare noluerint, vel fi dc extero contra feçerint, ipfo fado fententiam excommunicationis incurrant.

XXXIV. *Ne laid pratextu alicujus fiatuti prohibeant clericos extrahere blada de terris ipforum.* t

Item gum ftatuta fxcularium cccle-^ntl fias aut ecclefiafticas perfonas non aftrin- *».** gant: ftatuimus, ut fzculares, cujufcumque dignitatis, conditionis aut ftatus fuerint, qui praetextu ftatuti ne bladum extrahatur de terra, vel caftro vel villa; vel quo certo precio vendatur, invitos clericos vel ecclefiafticas perfonas aftringere (maxime cum ipfi non habeant aliunde forfitan unde vivant) aut fuper angariis vel parangariis, aut aliis quibufeumque, cum nec in eis, nec eorum bonis, aliquam habeant poteftatem, coardare praefumpierint, excommunicationi fubjaceant ipfo fado: & locus, ubi hoc per dominum loci, vel univerfitatem ejus, aut eorum conniventia, velcommiflu, attentatum fuerit, ecclefiaftico fubjaceat interdido, nifi moniti infra menfem emendaverint, & de perpetratis fatisfadionem exhibere ftuduerint competentem.

XXXV.

ornari XXXV. [A *domini temporales mms impc~ diant vel fniikat qu» mima ecclefiarum ro&oribus decima perfolvantur,*

*. Item quod domini temporales j bailivi, feu officiales ipforum, dericos dc ecclefiarum redores non impediant,quo minus decimz ipfis, prout ad eos pertinent, per paroçhianos fuos reddantur fideliter dc folvantur: nec eifdem parochianis inhibeant, quod non folvant. Alioquin fi contra fecerint, excommunicationis fententiam eo ipfo incurrant.

XXXVI. ***Ne** fiatuta* à* ***ordinationes** fiant **fuper decimis yfuneralibus t oblationibus t & aliis, contra laudabiles coxfuetudines** d· **ecclefia libertates.***

». Item quod laici, cujufcumque gradus* dignitatis, vel conditionis exiftant, vel univerfitas, fiatuentes vel ordinantes in fe, vel inter fe, vel przconizari facientes, vel fubditis fuis mandantes, quod non przftent decimas ecclefiis, vel non offerant, vel in ultimis voluntatibus quidquam relinquant eis, vel redoribus earumdem, vel quod laudabiles confuetudincs ecclefiz in fpiritualibus vel aliis infringant, vel alias non obfervent, vel aliud zquipollens, direde vel indirede, tacite vel exprefle, vel alio quomodolibet injungentes, ipfo fado excommunicationem incurrant, a qua, antequam emenda competens prz(lita fuerit, minime abfolvantur; univerfitas autem ecclcfiailico fubjaceat interdido.

XXXVII. ***De facietatibus, colligationibus & conjuratiambus, quas confratrias appellant, radicitus cxtirpandis.***

Item quia in quibufdam noftrarum provinciarum partibus nobiles plerumque, & interdum alii, colligationes, ocietates, conjurationes faciunt, tam canonibus, quam humanis legibus interdidas, femel in anno fub confratrix nomine fe in loco aliquo congregantes, ubi conventicula, & colligationes faciunt, & pado juramento vallata ineunt, quod fe adverfus quofeumque, prztcrquam dominos fuos, ad invicem adjuvent, & in omni cafu unus alteri det auxilium, confilium & favorem; & interdum fe omnes vefte confimili cum fignis aliquibus exquifitis vel charaderibus, inducentes, unum majorem fe eligunt, cui jurant in omnibus obedite: ex quibus juftitia offenditur, mortesdc dcprxdationes fequuntur, pax dc fecuritas exulant, innocentes & inopes opprimuntur, & ecdefix & ecclefiafticz perfon*, quibus tales oppido funt infefti, in perfonis, rebus, juribus & jurifdidionibus, injurias diverfasdt damna plurima natiumur. Nos volentes his aufibus peftiferis & conatibus pcrniciofis extemplo occurrere, & remedio poflibili providere, & a peccato fubditos noftros, prout paftorali incumbit officio, cohibere, audoritate przfentis concilii, omnes conventiculas, colligationes, focietates, & conjurationes, quas fraternitates vel confratrias appellant, ab olim fadas per dericos vel laicos, cujufcumque gradus, ftatus, dignitatis, vel conditionis exiftant, necnon & pada, conventiones, ordinationes, inter eoe habitas & habita, irritamus, diffolvimus, & caffamus; & caflos & irritos, & caffa & inita nnneiamus: decernentes, omnia juramenta fuper obfervandis przdidis przftita, aut illicita aut temeraria; & nullum teneri volumus ad obfervantiam eorum: a quibus juramentis eos abfolvimus ad cautelam. Ut tamen pro incauto feu temerario facramento a fuis confefforibus pœnitentiam recipiant falutarem: audoritate predidaprohibentes eifdem, fub excommunicationis pœna (quam venientes in contrarium, poftquam prefens ftatutum in ecclefiis, quarum paroebiani exiftunt, fuerit per duos dies Dominicos publicatum incurrere volumus ipfo fado) quod occafione przdidorum colligationum, focietatum, conventionum, & juramentorum, ab inde in antea fimul non conveniant, hujufmodi confratrias non faciant, alter alteri non obediat nccprxftet adjutorium, nec favorem, nec vcftes figna rei jam damnatz prxbentes deferant, nec fe confratres, priores, abbates przdidx focietatis appellent. Quinimmo infra decem dies a tempore didz publicationis, * unufquifquc alios quantum eft in eo, a predidis juramentis abfolvat; & fe noli· efte de predida focietate ulterius publice proteftetur. Prohibemus etiam, quodammodo tales conjurationes, confpirationes, conventiones, etiam fub nomine confratriz, non fiant: alioquin & de fado attentatas caftamus dc irritamus, & facientes & attentantes excommunicationis fententic volumus fubjacere: a qua, nifiper concilium provinciale, pretorquam in mortis articulo, nullatenus abfolvantur. Per hoc autem, confratrias olim in honore Dei ***tfr*** heatae Mariap ***j fr*** aliorum fandorum, pro fubfidiis pauperum introdudas, in quibus conjurationes & juramenta non interveniunt hujufmodi) non intendimus reprobare.

ANNO CHRIST!

XXXVIII. ***Ut clerici ecclefiisprater diacefani licentiam, ms teneant, nec ibi armatos tenere prafumant.***

Item prohibemus fub perna excommunicationis, quam ipfo fado contrafacientes incurrant, **ne** regulares aut etiam clerici fzculares, ad muniendas contra ordinarios ecclefias, vel earum jura indebite occupanda, prxter dkecefani, cui didz fubfunt ecclefiz, vel locum ejus tenentis, licentiam vcl mandatum, arma portare, vel armatos adducere, vel tenere, vel receptare de propria diœcefi vel aliena prxfumant.

XXXIX. ***De clericis arma portantibus,*** dr ***qualiter puniantur.***

Item ftatuimus, ut nullus clericus arma portare prxfumat abfque illius, cui competit, licentia fpeciali. Qui vero contra fecerit, prxter id quod armorum amiffione mul&antur, de node fi portaverit, decem librarum; fi de die, centum folidorum poena monet* currentis, irremiffibiliter feriantur.

XL. ***Ut prolati ranijfiones faciant delinquentium ad invicem requifiti.***

Item ftatuimus, quod finguli epifcopi, & eorum officiales, vicarii, locum tenentes δζ vicem gerentes ipforum, in delidis remiifionem faciant cum fuerint requifiti. Et fi is, qui deliquiffe dicitur, de diœcefi non fuerit ejus, a quo remiffio pôftulatur fieri: fufficiant folx litterae requirentis: fi vero de ejus diœcefi fuerit, femiplena probatio fufficiat in hac parte.

XLI. ***De excommunicatis compellendis redire ad gremium ecclefia per judicem focularem, & appofitianem pano.***

Item cum nonnulli claves fandz matris ecclefiz contemnentes, excommunicationis fententiam, non fine animarum fuarum periculo, frequenter diu fuftineant animo indurato: ftatuimus, ut quicumque hujufmodi fententiam, per nos vel per noftras curias promulgatam, per duos menfes poftquam noverit in fe prolatam, eam duxerit pertinaci fpiritu fuftinendam, non curans modo debito abfolutionis beneficium petere eifdem, vel ab ea curia per quam fuerit excommunicationis vinculo, innodatus: requiratur per eamdem curiam dominus temporalis, aut ipfius bajulus, vel judex loci, ubi calis excommumcarus nofcitur commorari, & moneatur attente ut infra competentem terminum ab ipfa curia praefigendum, fuum fubditum fic excommunicatum compellat omnino fatisfacere fuper eo, pro quo in eum excommunicationis fententia fuerit promulgata, & abfolutionis beneficium poftulare. Si vero dominus, bailivus, five judex, hzc non curaverit efficaciter adimplere: in ipfum per eamdem curiam excommunicationis fententia proferatur. Et deinde fi adhuc didum fuum fubditum cogere contempfcrit, locus ille, donec compulerit ipfum, interdido ecclefiaftico fupponatur. Cxterum utiidem cxcommunicati, qui Divino non inclinantur amore, ut ad gremium ecclefiz revertantur, temporali metu pcenz ad id propenfius inclinentur: ftatuimus, ut laici quinquefolidos, clerici vero decem, & presbyteri quindecim folidos Viennent* bonorum, pro quolibet men fe, quo in excommunicatione permanferinc, antequam abfolutionis beneficium impendatur, eidem folvere teneantur (nifi propter paupertatem, vel aliam caufam rationabilem, memorata curia mifericorditer agere voluerit cum eifiiem) in ufus pios ad diœcefani arbitrium convertendos.

XLII. Ne ***probibeantur prolati jurifdi&ionem fuam libere exercere.***

Item cum jure cautum cxiftat, archiepifcopos & epifeopo* in totis fuis diœccfibus jurifoidionem ordinariam obtinere, & in quolibet loco fuarum diœcefum non exempto, per fe vel alium porte pro tribunali federe, caufas audire fpedantes ad forum ecclefiafticum, Ac perfonas ecclefiafticas, cum earum exceflîis exegerint, capere & carcenbus mancipare, aliaque omnia ad fua fpedantia officia libere exercere; Λ. nonnulli domini temporales, judices, & ***redores, ac*** officiales eorum, Denm&ecclefiafticam libertatem facrarumque flatura canonum offendere in fuarum animarum grande periculum **non verentes,** perfonas ecclefiafticas, quas in divertis locis noftrarum civitatum, &. dicecefum, ac provinciarum, fuis excaftibus & delidis exigentibus, capi & carceri mancipari contigerit, interdum de carceribus extrahunt violenter, impediendo, quo minus de illis & earum delidis et exceffibus per judices ecclefiaftico», ad quos per-

ANNO CHRISTI

■pertinet, exhiberi libere valeat juftitixA complementum: nos talium obviari damnandis aufibus, jufque fervari fuper his in eifdem civitate, diœcefi, ac provinciis cupientes, hoc pnefente concilio approbante ftatuimus, quod omnes & finguli temporales domini, judices, redores, vel officiales eorum, qui talia dc extero in eifdem civitatibus, vel dkeccfibus, aut provinciis, prxfumpferint attentare, ipfo faAo fententiam excommunicationis incurrant: eorumque ternr * ac loca, nifi infra decem dies, & poftquam fuerint fuper hoc requifiti, deftiterint, ex tunc ecclefiaftico fubjaceant interdido: donec (poliatis carceribus plenarie, dc libere reftitutis, ei, cujus jurifdiAionem fic lxferunt, emendam prxftiterint condecentem.

XLIIL *Ne probibeantur dircele Tel indirect clerici coram fuo judice litigare.*

Item cum nonnulli temporale dominium obtinentes, feu fxcularis juftitix C poteftatis gerentes officium, juriididionem fande matris ecciefix fubverterc vel minuere exquifitis aftutiis moliantur; nos eorum malitias ultione cano* nica reprimere cupientes, approbante prxfenti concilio ftatuimus, inhibentes, ne quis in foro ecclefiaftico litigantes feu litigare volentes, fuper caufis mere ecclefiafticis, five qux ad forum ecciefix de antiqua & approbata confuctudine & hadenus pacifice obfervata, pertinere nofcuntur, ad defiftendum compellat per ipforum ve! parentum ac confanguineorum, feu rerum eorum vel perfonarum captionem, aut aliis quibufeumque modis. Si vero contra prxfumpferint, excommunicationis fententlJC » prxfentis audoritate concilii, fe «ierint fubjacere. (Licet regularis v obfervantK profeflores, & alios quos apoftolica exemptionis & libertatis munitos declaravit titulo &. infiZ"w/.^gnirit privilegiis, attollere condignis favoribus intendimus, ipforumque privilegia, quatenus ad nos attinet con-E fervare penitus illibata: fic tamen eos fuis manere contentos juribus affeda-

l.réllrv.'- k w ··)· λ c tf-

V«ur. arm.

XLTV. *Ut in domibus prelatorum, Tel in ipforum ejficialium prafentia, injuria nulli fiat.* anurri >»»«.

Item cum illos. quos Dei timor a malo non revocat, faltem coercere debeat feveritaa difciplinx, prxfenti concilio duximus ftatuendum, quod fi perfona, cujufcumque conditionis, (latus, feu ordinis exiftat, infra domos archiepifcopales, vel epifcopales, noftrarum civitatum vel diœcefum ac provinciarum & alibi ubicumque nos vel fuffraganei, feu noftri vel eorum o/ficialcs, eos audient, aliquem faAo graviter vituperaverit, feu injuriam irrogaverit, incurrat excommunicationis fententiam ipfo faAo, & alias puniatur,

XLV. *De bannis folvendis a clericis & per quos & qualiter exigantur.*

Item (latuimus fub pœna excommunicationis, quod nullus dominus temporalis audeat compellere ecclefias, vel ecdefiafticas perfonas, vel earum familias, fervientes, feu nuncios, folvere bannum feu banna pro animalibus fuis quibufeumque, vel perfonis prxdidis, Et, ne perionx ecclefiafticx, vel earum familix, propter hoc habeant materiam delinquendi: ftatuimus, ut banna, qux a laicis committuntur pro frudibus alicnis, vel eorum animalibus, in vineis, pratis, aut poiTeffionibus, vel defends, inventis, eadem ab ipfis clericis & D perfonis ecclefiafticis, ipforumque familiis, & animalibus earumdem, applicanda curix fingulorum diœcefanorum dc extero committantur. Volentes & prxeipientes, ut a presbyteris fingularum ecclefiarum noftrarum diœcefum, curam habentibus, banna ipfa, quotiefcumque in locis ipforum committi contigerit, audoritate exigantur fideliter, & leventur, eidem curix per eofdem poftmodum in fingulis fynodis ex integro aflignanda. Si qui vero fic banna commifla folvere recufaverint, per ipfos presbyteros requifiti: ex tunc ad duplicata banna eadem teneantur, & ad ea fic duplicata folvenda per eamdem curiam compellantur. Presbyteri vero prxdidi didx curix, banna hujufmodi folvere reculantes manifeftare procurent: alioquin û fuper hoc fuerint reperti négligentes, juxta ipfum curix arbitrium exinde punientur. In civitatibus vero, vel caftris alicui noftrum, feu

—^ ^-feu noftrorum dxrcefanorum temporali jurifdiâioni fubjeâis, per noftros mandatarios, feu ipforum diocefaaorum, pnediâa banna exigi volumus & levari, & cuilibet diœcefanorum noftrorum, prout ad nos vel quemlibet eorumdem pertinuerint, reftitui per *eofdem*. Czterum fuper denunciatione przdiâorum bannorum, cum ab aliquo vel aliquibus committuntur, cuftodibus five gardiis juratis fidem decernimus adhibendam. Porro per folutionem diâorum bannorum, ab emendandis taliis live damnis, prout juftum fuerit, nullum volumus excufari.

XLVI. *9.ualncr prolati pofiint benedicere in aliena.*

Item ftatuimus, quod quilibet archiepifcoporum przdiâorum, & finguli epifcopi provinciarum noftrarum, dum equitabunt per diâas provincias, poflint, etiam in alia diocefi, diâarum provinciarum populum benedicere, ut ex hoc populi devotio augeatur, & etiam in dioecefi Arelatenii. Aquenfi, Ebredunenfi » przdiâis * civitatibus dumtaxat: exceptis femper civitatibus, & locis aliis, in quibus alter ex nobis didis archiepifcopis vel dioecefanis, przfens effet.

* c>rr. ctrtn.Ifl· 7^A n^tatenoj^.

XLVJI. *Ut fententiam ab uno latam alius fervore teneatur.*

ro*· V4ur. «m. .,»1. f-,M·

Item fententiam excommunicationis vel interdiâi latam ab uno, aliidenunciari & obfervari faciant, cum a proferente fuper hoc fuerint requifiti: addentes, quod przdiâz fententiz excommunicationis & interdiâi, non nifi ex juftis caufis, &cum maturitate, folemnitate debita proferantur.

XLVIII. *De contrahentibus matrimonia dandefiina in diocefi aliena.*

W«nc. u*. Item ftatuimus, quod quzeumque perfona pro matrimonio clandeftine celebrando diœcefim fuam exiverit, *& ibi ipfum matrimonium contraxerit fine licentia proprii facerdotis: ipfo faâo excommunicationis fententiam incurrat, & ut excommunicatus vitetur & publicetur, donec ad arbitrium dicecefani, ecclefiz parochiali fatisfecerit, in cujus injuriam hoc przfumpferac, & abfolutionis beneficium meruerit obtinere.

ANNO chrism ',1*·

XUX. *De abuforibus litterarum domini faft* dr *legatorum ejufdem, à" qualiter puniantur.*

Item quia funt nonnulli clerici, qui litteris domini papz vel legatorum ejus nequiter abutuntur.* idcirco audoritate przfentis concilii excommunicamus omnes illos, qui litteras obtentas, aliis ejufdem nominis ad abutendum tradunt; & eos, qui eas recipiunt tali modo. Item qui ad loca zquivoca aliquem citari faciunt, ut fraudulenter & malitiofe vexent & decipiant fic citatum laboribus & expenfis. Item omnes illos, qui per litteras domini papz & legatorum ejus, perfonas non comprehenfas in referiptis, per excogitaram malitiam, litem, ubi non eft, limulantes, citari faciunt & procurant ad teftimonium prohibendum veritatis. Item omnes illos, qui litteras apoftolicas vel legatorum ejufdem fedis ad futuras trahunt conrroverfias, quznondum fuerant, tempore impetrationis exortr. Item omnes illos, qui per litteram quaii de bonis pro fuo prioratu vel pro fua ecclefia impetratam, ad inftantiam aliquorum aliquos citari faciunt, cum quibus ratione prioratus feu ecclefiz, quorum nomine eft littera impetrata, non habent aliquid quzftionis de littera poft iter arreptum. De omnibus pnediâo modo abutentibus idem per omnia ftatuentes: necnon de omnibus illis, qui per quafcumque litteras apoftolicas aliquos citari faciunt, contra quos non habent aliquid quzftfonis, vel, contra conftitutionem felicis recordationis domini Bonifacii papz oâavi, adverfarios ad remota loca notorie faciunt evocari. Si quis vero fuper rebus ad dotem fpeâantibus litteram apoftolicam impetraverit, & illius auâoritate aliquem vel aliquos, cum quibus ratione dotis non habet aliquid quzftionis, fecerit fatigari: auâoritate przfentis concilii, eadem excofnmunicationis fententia qua fuperius,^nominarim noverit fe ligatum. Dc illis vero, qui falfo fe crucefignatos afferunt, cum non fint, & fic tanquam crucefignati litteras apoftolicas impetrant, per quas aliquos fatigant laboribus & expenfis; item de illis, qui privilegium crucefignatorum impetrant fub illa forma: *poftiptam iter arripuerit tranfmarinum*, & ante iter arreptum per illud privilegium aliquos faciunt fatigari: talium abuforum abfolutio, poftquam parti Izfz fatisfecerint, plene fuo ordinario refervatur, aliis pœnis a jure

"anno" ontrrn '*'. diL7JLeu-<,'·* ·**, ««m

nihilo minus per fuos ordinarios, vel * illius quem indebite vexaverint, fi ibi reperti fuerint, infligen- H** eBtcm contra abufores litteraram domini papx, dt legatorum ipfius : audoritate prxfentis concilii duximus ftatuenda : ejufdem fedis apoftolicx dc legatorum ejus audoritate in omnibus femper (alva.

L. *Ut bénéficiait fine ditecefanl licentia non componam,*

Item fub interminatione anathematis prohibemus, ne aliquis prxdi&arum » Arelatenfis, Aquenfis, dc Ebredunenfis, provinciarum, fuper decimis vel aliis juribus, debitis ecclefiis parochialibus , cum aliquibus religions componere audeat, fine audoritate diœcefani, vel jus uni ecclefix debitum alteri audeat affignarc .

LL Ne *bénéficiâti ret ecclefiafticas abfi/ue dtqcefani licentia, freterquam in certis ctfibut, alienent»*

Item ftatuimus prohibentes, ne aliquis, cujufcumque dignitatis vel ftatus, exiftat, ecclefiafticas poffeffiones, aut quxeumque alia jura immobilia alienet, quocumque titulo, in quafcumque perfonas, cujuicumque ftatus ve! religionis, ordinis aut dignitatis exiftat, fine fui diœcefani confilio & atfenfu . Qui vero contrarium fecerit proventus fui beneficii unius anni ipfo fado amittat, in propriam utilitatem ipfius beneficii ad diœcefani arbitrium convertendos. Excipimus autem a prohibitione prxdida, quando poffeffiones erunt - minus utiles: quo cafu pro utilitate beneficii , in emphyteufim perpetuam dari poffint. Sed pro accepto feu pro introitu nihil ultra recipere audeat, quam valeat cenfus, vel canon , vel pars fruduum unius anni, qux vel qui, ratione dominii, retinetur : falvis etiam confuetudinibus rationabilibus ha&cnus obfervatis, quas non intendimus immutare ›

bujuimodi ctoiu», tit pro util

LIL *Im quo ftatu beneficia debent dimitti, à- fer fuccejfvrem teneri,*

ftem ftatuimnv, quod A contingat aliquem, ecclefiam fuam quomodolibet dimittere fine morte , juxta atftiHiationem legitimam & ejufdem ecclefix facultates relinquat ibidem in bonis mobilibus, quod primo perfonx neceflariz A ecclefix › dc domui ejufdem inde ooffinf vivere ufque ad novos fraâus, dc commode fuftentari, & omnia onera interim ecclefix incumbentia fupportare : quodque fucceflbr quilibet, omnia ornamenta ecclefiaftica, & univerfam domus fupelledilem, in pannis dc aliis, in illo ftatu confervet, & meliori fi poterit, ac reddere teneatur in eo, in quo recipiet ecclefiam fupradidam.

cSusn »»**.

LIII. *De inventario bonorum ecclefiafticorum ittfra certa temfora faciendo.*

vg o

Item ftatuimus, quod priores ecclefiarum dc hofpitalium pauperum , & omnes alii ecclefiaftica beneficia obtinentes , faciant inventarium cum publico inftrumento, vel in chartulario, quod penes ecclefiam debebit remanere, de omnibus immobilibus dc mobilibus bonis (fcilicet inftrumentis, privilegiis vafis xneis dc ferreis atque vinariis) in principio fui regiminis infra fex menfes. Et idem faciant inftituti poft pri-
C mam fynodum, infra fex menfes. Et Jiui prxdiâa non fecerit, in decima rudtaum diéU beneficii puniatur operi, vel ornamentis, aut utilitati proprix ecclefix per ordinarium applicanda·

LIV. *De teftamentis fer beneficiates fecundum confuetudinem laudabilem faciendis.*

Item ftatuta olim per prxdeceflbres noflros edita fuper teftamentis vel aliis ^ultimis voluntatibus, per praelatos vel beneficiatos alios faciendis, ac confuetudines rationabiles haâenus in fingulis provinciis obfervatas, audoritate prxfentis concilii approbamus, & in fuo robore volumus permanere.

LV. *De ftatutis, bannis, fraconizationi bus contra confuetudines editis, prohibendis*

E Item ftatuimus, quod quicumque contra ecclefiafticas confuetudines antiquas rationabiles *, approbatas , & haftenus · pacifice obfervatas, ftatuta , Banna, prohibitiones, vel preconizationes, aut praecepta, feienter fecerint, aut fieri procuraverint, aut fervari, feu facientibus vel ferventibus in hoc, confilium vel opem, dire&e vel indireâe, prxftitcrint, per dkecefanos locorum aut officiales, vel procuratores eorum, prxfen-

■*«««·

fenus auctoritate concilii moneantur, ut infra unum menfem a tempore monitionis hujufmodi numerandum, ftatuta, hanna, prohibitiones, prxconizationes 8c praecepta hujufmodi, cumeffedto debeant revocare, ad confimilia numquam ulterius procefiuri: alioquin excommunicationis fententia, quam in his fcriptis exnunc in ipfos ferimus, fint ligati.

CMRJSTi *i,e'

LVI. *De ecmributione expenfarum necef-faria inter omnes beneficiatos dietcefis facienda.*

Item ftatuimus, quod fi archiepifcopus, vel epifeopus, vel aliquis redtoralicujus ecclefix, civitatis vel dkecefis, ac provinciarum, expenfas neceflârias fecerit in legatis, & nunciis fedis apoftolicx, expenfic illae folvantur de communi dlftributione ecclefiarum, civitatum, & diœcefuni, infra quas diébe expenfx fuerint fa&x: & iftx expenfx femel in anno in una fynodo colligantur.

LVIL *Utjudai utriufque fixus figna dc-feranti fer qua ab aliis difiernantur.*

Item decernimus, quod Judximafcu. Ii, a quatuordedm annis & fupra, deferant extra domos in fuperiori vefte, in petitore, fignum rotx, cujus rotunditas in quantitate fit trium vel quatuot digitorum, nifi fint in*magifterio conftituti; mulieres autem Judex, a duodecim annis & fupra, comalia * defe-rant extra domum. Si vero Judxi, quocumque prxtextu contra fecerint, Chriftianorum eis participatio denegetur. Hac eadem pœna Judxos decernimus compellendos ad fatisfaciendum ecclefiç, pro decimis & oblationibus, de domibus & poftelfionibus, quas nofcüntur in ipfarum parochiis poflidere

•«/.▾ hefo. * «L «VMS

LVin. Twr *fententia interdibhfervetur cum ab ordinario datum fuerit in mandatis.*

In fingulis autem cafibus fupradi&is, in quibus lata eft fententia interdiâi; tunc demum fervari eam volumus & mandamus, cum ab ordinario vel ejus officiali, feu locum tenente, feu dele. gato, datum fuerit in mandatis.

*----- cHXurn ·»«·.

LIX. *De abfrlutiane* dr *dijfenfatione ca~fuxm bujus concilii.*

Item, ftatuimus , quod fi aliquis clericus de provincia aliena in provincia noftra, & fpecialiter in regno Valencix , altaria de novo cdificaverit, vel jurisdi&ioncm fibi aliquam ufarpaverit in noftram prxjudicium vel jpravamen, ipfum auâoritate noftra & facri concilii extunc, quafi exnunc fubjacere excommunicationis fententix decernimus.

(,*) Petrus ifte fuit Petrus Alt»1strus, ut docet nos BaluxJus Uk. 4. Mere· Hifp. ubi hujus concilii meminit.
(S) lAud coucilIutn auno tl,o. s, jdm Maji collocat ftepheaus Baluaias Ub. Man. Hifp.

Christi ·>·»·

X. *Ne clericu^caxtra fuum epifeopum invocet.*

Item, fiatuimus, quod aliquis clericus contra epifeopum fuum non advocet, tam pro epifeopo, a quo majus beneficium obtinuit, quam a fuo; vel nifi fuam vel fuorum injuriam profequatur.

XI. *De cxtrema-unElione.*

Petrus in tertio concilio Terraconenfi (e) Sacramentum extremae undionis petentibus libere & fine pecunia a facerdotibus miniftretur: & fingulis annis clerici ampullam deferant, in qua oleum recipiant infirmorum, quoniam eis chrifma & cathecumcnorum oleum tribuetur, 'confuetudine aliqua non obfiante.

XII. *fefta debeant coli.*

Item, cum otium & defidia fomentum pariant vitiorum, feftivitatum multitudinem duximus feparandam; cum in illis eo quod non laborant, pauperes aggraventur, & otiofi & defidiou ad illicita provocentur: quare feftivitates colendas neccflario fubjiciamus, quas qui contcmferitft colere, per fuum presbyterum compellantur. Feftum fcilicet Circumcifionis Domini, Epiphanix, fandi Vincentii, Purificationis ihndz Maria:, Matthiz apoftoli, Annunciationis bcatz Marix, duorum dierum odavz Pafche, fandi Marci evangeliftz, Philippi & Jacobi, Inventionis fandz Cruci», Afcenfionis Domini, feriz fecundz odavz Pentecoftes, Johannis-Baptiftz, Petri & Pauli, fandz Mariz Magdalena:, Jacobi apoftoli, fandi Laurentii, Atiiuntionis Beatz Mariz, fandi Bartholomzi, Nativitatis Beatz Virginis, Matthzi apoftoli, Sandi Michaelis, Lucz evangeliftz, Simonis & Judz, omnium Sandorum, fandi Martini, fandi Andrez, Sandi Nicolai, Sandi Thomz? Nativitatis Doipini, Sandi Stephapbani, Sandi Johannis Evangeliftz, & quzlibet parochia obfervet feftivitatem illius fandi › in cujus honore conftituta eft major ecciefia. Officia vero harum folemnitatum & omnium aliarum, five fint novem, five trium ledionum, prout hadenus confucvit fieri, a clericis in ecclefiis & in portionibus obferventur, & ad audiendum officia laici nihilominus moneantur.

XIII. *De celebratione Miffarum.*

chrTti ·»»»·

Item, ejuia aliqui facerdotes plures celebrant mitiàs contra canonicas fandiones, jubemus, quod nifi in die natalis Domini, tres mitia» audeat nullus celebrare: quod fi fecerit,.in excommunicationem incidat ipfo facio; & officio beneficioque privetur. Duas vero toleramus, live tolerando permittimus, una & eadem die, quando urgens necetiitas fuerit celebrari, quoufque dominum papam fuper eodem negotio confidamus. Ne_cetiitatem fiquidem declaramus, cum unicus facerdos habet duas ecclefias, quarum una dependet ab alia, & altera illarum non poteft habere proprium facerdotem, vel fitnt tenues, nec paroçbiani propter diftantiam loci, vel aliam rationabilem caulam potiunt commode ad alteram convenire, et in aliis cafibus a jure concedis. Quandocumque vero duas Mitia» celebrari contigerit, facerdos caveat, ne poft fumtionem fanguinis in prima Mitia, vinum profufionis accipiat. Quod fi fecerit, eadem die non poterit celebrare.

XIV. *Quod epifcopi & eorum officiales juftitiam gratis reddant.*

Item, przeipimus, quod epifcopi, 0c xeorum officiales & alii clerici,^ ordinariam jurisdidionem habentes, gratis caufas examinent, fententia» fponte proferant, nullam inde pecuniam recipientes, falvo quod pro juftida ratione dq.minationis debetur. Quorum autem pretium percipiatur pro'labore temperatur.

XV. *Quod epifcopi ad concilia pro/vincsalia veniant.*

Item, cum epifcopi ad provinciale concilium non veniant, ut deberent, excufationes frivolas prztendentes; ex quo disciplina ecclefiaftica enervatur, & facri canones contemnuntur. Statuimus, ut ab hac hora in antea omne» epifeopi fine quolibet diffugio ad provinciale concilium veniant, prout decet, nifi caufa necefiaria & urgentitiirria excufentur, Et quicumque epifcopus contra hanc conftitutionem duxerit faciendum, ab archiepifeopo vocatus, civitatem adeat Terraconem, ibidem tamdiu moraturus, quamdiu ab archiepifcopo recedendi licentiam obtinuerit fpecialem.

XVL

(e) Coacilium Iftud celabrattun fulff· anno t>,>. ». Mu» Mall docet noa Baluti» Mare· Hifp. tfb. <. cul Iµ v Iµ πιµ Foertu» Dertuflun, Pootiu» UitcUtaft, & Vitall» Ofcao* «ptifiopi.

Christi •j',• XVI. ftwod *clerici ad Jptodnm veniant».

Eodem modo ftatuimus, ut omnes clerici curam animarum habentes, ad fynodum veniant catbedralis ecclefix, in cujus diœcefi commorantur, occafione vel confuetudine aliqua non obftante. Eamdem pœnam, fi nujus conftitutionis tranfgreflores fuerint, in fuis civitatibus incurrentes.

XVII. *Ut ecclefia laicis non dentur t fed gubernentur fer clericos,*

PETRUS in quarto concilio Terraconenfi. Cum ecclefix parrochiales per laicos adminiftrari non debeant: ftatuimus, quod laicis de cetero nullo modo attribuantur, fed per clericos & viros ecclefiafticos ecclefix gubernentur, fecundum canonicas fanâiones.

XVIII. *Contra canfpiratores,*

PETRUS in quinto concilio Terraconenh. *(a)* Confpiratorum genus odibile cupientes a perverfitate hujufmodi coercere, facri approbatione concilii excominimicamus omnes confpiratorcs, & coiligationes illicitas facientes in clero & contra conftitutos in clero. Sententiam autem hujufmodi ad przterita duximus extendendam, nifi infra menfem a tempore fententix, quis confpirationem & colligationem hujufmodi pro pofle duxerit revocandam. Simili fententia innodamus omnes, qui contra conftitutos in clero libellos famofos compofuerint, & qui opem fecerint, & qui compofitos inventos non rapuerint fine mora.

XIX. *Contra bruafores & raptores rerum ccclefiafiicarum.*

Item, cum quidam in aliorum przdiis propria commoda ftudeant invenire, facro approbante concilio, excommunicamus invafores, raptores, & depraedatores bonorum ecclefiarum, & ecclefiafticarum rerum, & locorum rcligioforum, Îui bona przdiâa rapuerunt, vel invaerunt violenter, dummodo perfonx, de quibus querelam habuerint, pacem fecerint, prout ftarevhi debuerint. Eadem etiam excommunicatione ligamus fautores & receptatores pradiâorum malefaétorum, ftatuentes, ut quamdiu principales malefactores in aliqua villa vel civitate fuerint, ecclefix ceflent penitus a divinis. Et fi forte principales malefactores mortui fuerint abfque fatisfadtio' ne condigna, licet in articulo mortis abfoluti fuerint, eorum corpora non tradantur ecclefiaiiica: fepulturx, quoufque heredes morientium fatisfecerint injuriam pallis, & damnum fuerit penitus emendatum: nec przdi&i in (anitate aliquatenus abfolvantur, nifi cum de prxn^flis omnibus fatisfecerint competenter; fimili excommunicationis fententia innodamus omnes illos, qui quzdam clericorum & locorum rcligioforum Jc hominum eorumdem fcienter & voluntarie receperint in caftris fuis, vet emerint, & caftra illa vel villx, in quibus retenta fuerint przdi&a ceflcnt penitus a divinis, quoufque damnum datum pro pofle ftuduerint emendare; & licet invaforea & raptores ecclefix in genere fiat excommunicat!, non tamen evitentur, nifi fa&i evidentia, vel confeflione propria hoc conflaret, quoufque in fpecie denunciati fuerint· Abfolutio talium cuilibet epifeopo in fua diœcefi auâoritate facri concilii efteommifla, ut quilibet epifeopus in fua diœcefi faciat pablicari, & vitari excommunicatos per alium epifeopum.

XX.

Item, facro approbante concilio, ftatuimus, quod quilibet epifeopus in fua diœcefi. denuntiet fentçntias per alium epifeopum latas ad fignificationemipfius, & inter excommunicatos ab eo, & faciat per fuam dioecefim tamquam excommunicator certius evitari.

XXI.

Ne aliquis parrochiali ecclefix adminiftret antequam curam recipiat animarum.

XXII.

PETRUS in fexto concilio.
Statuimus, quod nullus clericus inftitutus

(«T φε «fulltum anno ·>«. cakbratUM Vadlt taluuua llb. «. Mare. Hlfp- hulcqM ÎMttfulflê Pontlum Dwtulenfan, K Uardefam. Viaccrmum Catae-ΑιφΔοηΜ, Pavam Pvnptloaeoieaa, Patnan Barcuoncalcm apûopoi.

""anno"" Christi ·»·» tu* vclin parrochitli cedefia a clerico vel laico', in eadem adminiftrare przfumat, quoufque a dicecefis epifeopocuram in eadem ecclefia receperit animarum, contraria confuetudine non obftante, quz potius dicitur corruptela. Quicumque autem contra fecerit ; ipfo udo, jure quod habet vel habere credit in ecclefiam, fit privatus ea vice, poteftatedata diœcefano removendi inftitutum, feu etiam przfentatum : nihilominus, ftatuentes , quod inftitutus <3c confirmatus per epifcopum nuilo cafu valeat ab alio, quam a fuo epifeopo removeri .

XXIII. *De iXVaforibui.*

Ohm excommun icaffe recolimus invafores, raptores, & deprzdatores bonorum ecclefiarum , rerum ecclefiafticarum, & locorum religioforum, qui bona prçdida rapuerint vel invaferint violenter, dummodo perfonz , de quibus querelam habuerint, patefecerint jura ftare. Eadem excommunicatione ligavimus fautores & receptatoics przdidorum malefa«florum ; ftatuentes, ut quamdiu principales malefadores client in aliqua villa , vel in civitate, certaret ecclefia penitus a divinis ; dt fi forte principales malefadorcs abfque fatisfadione condigna ab hoc fzculo tranfmigrarent ; licet ertent in mortis articulo abfoluti, eorum corpora non traderentur ecclefiaftiez fepulturz, quoufque heredes monentium fatisfccerint partis injuriam , & damnum datum penitus emendartent. Nec przdidi in fanitate abfolvi pollent f nifi de przhnrtis omnibus prius fatisfeciflent partis injuriam competenter. Simili conftirutione innodamus omnes illos, qui przdida clericorum & locorum religioforum & hominum eorumdem, fcienter receperint, & voluntarie in caftris luis, & emtores ab *eis,* & quod caftra & villz, in quibus prxdida client retenta , certarent penitus a divinis, quoufque damnum datum ftuduiffentpro g porte fuo emendare . Verum quidam per fe przdidam conftitutionem perverfe intelligentes, eam trahunt ad res modicas, & ad ea, quz non ex propofito nocendi, fed ex neceflitate qua non credentibus offendere capiuntur. Nos autem per ufum intelledum & dubitationem hujufmodi, penitus declarantes in omnibus fupradidis calibus, fic duximus "*^NN< declarandum, quod illi tantum intelligantur excommunicari, qui eo propolito cum armis vel fine armis violenter invaferint vel deftruxcrint loca przdida, & ceperint homines ipforum , & res eorumdem, in quo graviter delinquunt. Loca autem in hoc folo cafu cellare volumus penitus a divinis , quamdiu ibi jirzdida fuerint violenter accepta. Audores autem & emtores przdidi, poll admonitionem legitimam , in noftra diœcefi ad arbitrium excommunicentur:& fi aliquem prxdidomm excommunicatorum abfque fatisfadione condigna mori contigerit, tamdiu careat ecclefiaftica fepultura, quo ad ufque heredes ipfius damnum datum per eum plenarie partis injuriam, vel heredibus eorum fit deftitutum . " christi ·"».

XXIV. *De baptifro.*

Quia intelleximus , quod aliqui Sarraceni captivi fide veniant ab baptifmum, ut portint jugum evadere fervitutis ; ftatuimus, ut cum Sarraccni hujufmodi ad ecclefiam caufa baptizandi confugerint, diebus aliquibus per redorem ecclefiz conferventur , ut cognofcat utrum in tenebris ambulent vel in luce : Λ: fi perfeveraverint in propofito baptizandi , eifdem baptifmum ulterius non negetur.

XXV. *Contra Jentes occulte beneficia.*

D PETRUS in feptimo concilio *(e).* Cum occulta donatio fufpicione non careat, juxta canonicas fandiones , facri approbatione concilii donationes occultas de dignitatibus, perfonatibus, redoriis, przbcndis , feu partionibus, & aliis omnibus adminiftrationibus , minifterii$, o/ficiis, & beneficiis ecclefiafticis, quocumque nomine exerceantur, fieri prohibemus : ftatuentes , ut tam donator , quam donatarius donationem fadam intra tempus de conferendis beneficiis a canonibus definitum, <St a vacationis tempore computandum taliter ftudeant publicare, ut appareat cui donaverint, & quo tempore fit donatum. Aliter quidem fada donatio, ipfo jure, non valeat, nec alicui competat adio vel defenfio ex eadem . Sane quod-donator, qui contra hoc ftatu-

(<·) Armo >M7. rdebrtto, u» Socet Baluslw Mare. Hiip. Ift.

Christi '<*** ftstutnm venerit, conferendi poteftate careat ea vice, & ad alios fecundum Lateranenfis ftatuta concilii hujus collatio devolvatur.

XXVI. *Dt bonis frnUti Jefun&i.*

PERTUS in odavoconcilio.(a)Cum non fine gravi peccato quod fuum non eft poftit aliqnis retinere: antiquum cauonem hoc hujufmodi placiti ad memoriam reducentes, facro approbante concilio, ftatuimus, quod poft mortem archiepifcopi, vel alterius pndati, feu beneficiati Terraconenfu provinciz, bona ejus ecclefiaftica ad manus aliquorum dignorum fide proveniant, fecundum quod in ecclefia defundi dc confuctudine eft obfervatum .Vcl fi confuetudo cefTat, duo eligantur fide digni, fi przerat defun&us conventui, aut ab epifeopo dicecefano, vel ejus locum tenente; fi defundus conventui non przerat, qui bona recipiant fupra dida, & infra decem dies tales adminiftratores, feu procuratores, adhibito tabellione publico & teftibus, ad hoc fpecialiter couvocatis, conficiant de omnibus rebus defundi mobilibus & immobilibus & fe moventibus inventarium j Λ fi per negligentiam hoc fuerit obmiftum, pnedidi procuratores ad duplum teneantur.

Si vero przdidi adminiftratores, vel aliquis alius de bonis prxdidis aliquid invaferit, vel rapuerit, vel tenuerit fraudulenter; & legitime admonitus bona fic retenta fine diminutione reftituerit fucceflbri, audoritate concilii, fe noverit excommunicationis fententia innodatum. Admonemus autem epifeopos & alios prxlatos Terraconenfis provinciz, ut in vita fua, fi commode fieri poterit, de rebus prxdidis confici faciant inventarium. Hanc autem fententiam vel illam de invaforibus ecclefiarum vel rerum ecclefiz conftitutionem quz incipit *Olim* ad perfonas archiepifcopi vel epifeoporum extendi nolumus ullo modo.

XXVII. *De abfolutione invaforum.*

a«m >.,,. BENEDICTUS in primo *(b)* concilio celebrato Terracone anno Domini 1353. fexto idus aprilis.

Sacro approbante concilio, plenam concedimus univerfis noftris fufiraganeis poteftatem abfolvendi fubditos fuos, qui excommunicari per ipfos fuerint, vel etiam audoritate conftitutionis facri eoncilii Terraconenfis contra malefadprcs & invafores hominum & rerum ecclefix promulgata; licet didi excommunicari denunciati fuerint in concilio Terraconcnfi. Item fuit ordinatum, facro concilio approbante, quod dominus archiepifcopus abfolvet fubditos fuftraganeorum fuorum, qui ad ipfum venerint, excommunicatos ratione conftitutionis facri concilii Terraconx contra invafores & malefadorcs hominum & rerum ecclefix promulgatx: promifla fatisfadione, fecundum formam ecclefiz, & quod do. minus archiepifcopus aflenfum dicecefani illius vcl illorum excommunicatoruni requirat, fi fibi vifum fuerit expedire.

XXVIII. *Ut fresbjteri fe invicem ab ftlvans.*

Item, facro approbante concilio, damus univerfis noftrz provinciz presbyteris poteftatem, quod ad invicem unus alii poffit fuper excommunicationis fententia beneficium abfolutionis impertiri,

XXIX. *De invaforibus.*

Verum cum in conftitutione bone memorix domini P. przdecefToris noftri, quz incipit *Olim excommunicafjc recolimus*, caveatur, quod loca, ad quz paedida clericorum, ecclefiarum, vel perfonarum religiofarum, feu hominum, violenter attentata pervenerint, quamdiu ibi fuerint, ceffent penitus a divinis. Volentes invaforum & raptorum excogitatis malitiis & machinationibus, quantum cum juftitia poflumus, obviare: declaramus, & conftituimus, qupsb» loca, in quibus hujufmodi przdida vendita, vel alio modo alienata, feu etiam confumta fuerint; tamdiu ceflcnt penitus a divinis, quoufque condigna fatisfadio damna paffis fada fuerit pefe eadem. Item, cum clerici & perfonzec. jjclefiafticz majoribus quam res eorumdem debeant, privilegiis, & immunitate, feu libertate, gaudere; facro approbante concilio, ftatuimus, quod loca ad quz occifores & mutilatores clericorum & perfonarum ecclefiafticarum, & capien-

(<) Amo II,I. eelebrato «I Balaxlo loco citato fupra.
(S) Huic, concilio prafealiam fuam «shiboerunt laqaeatea epifcopi ex Balutii Marra HifpaaicS I Àlwkà· Cetu«A»C** Sauua, Bcrerjtriu· GcnmdcaA·, Vitali· Ofocaé·. G. Ilcriertis cum procutarorlbut alionun.

"Thno cmusti u»* pientes eofdem , pervenerint ; eeflent A penitus a divinis, quoufquc ad judicium ecclefix fatisfecerint de commiffis, loca etiam in quibus clerici feu perfon® ec-ciefiafticjE captx detinebuntur, quamdiu violenter feu invite detinebuntur ibi-dem , eeflent fimiliter a divinis.

Item, quia facientes dc confertie aies pari debeant pena damnari , eodem concilio approbante, receptatores eorum qui occidunt vel mutilant vel capiunt clericos vel perfonas ecclefiafticas , ex-communicationis fententia innodamus . g

XXX. *Ut Epifcopi aJ menfam faciant ftbi letf.*

Item , ne folutx fauces fumant ci-bum, fed aures audiant verbum Dei , & ceffent vaniloquia & tumultus : fta-tuimus, quod frnguli epifcopi in palatiis fuis dum comedunt , ad menfam faci-ant fibi legi.

Idem volumus dc ftatuimus de abba-C tibus, prioribus , & prxpofitis , in fuis conventibus dum in refeâorio comedunt obfervari.

XXXI. *De invafaribus.*

BERNARDUS in primo concilio de-clarando conftitutiones ^prxdecefibrum noftrorum , videlicet dominorum Petri dc Benedidi bon® memorix , quarum prima incipit *Olim excammunicafte* rwv-D *limus*, fecunda , *Cum nos Benedicius*, dc cetera. Statuimus quod quamdiu perfo-n® invaforum dc raptorum rerum eccle-fiafticarum · perfona ecclefiaftica illo-rum, qui in prxlatos ecclefiarum cathe-dralium dc aliorum locorum rcligioforum Terraconenfis ecdefix manus injecerint violenter, fuerint in aliqua civitate aut infra terminos didorum locorum ejuf-dem provincia , quod ipfx civitates , caftra, vili® dc alia loca ceflent , ipfis invaforibus dc raptoribus feu pcrcuflori- j? bus prefentibus , penitus a divinis : dc didi malefadores, percuflbres , feu ra-ptores per redorem feu capellanuro loci ipfius excommunicari nihilominus nan-cientur , dc tamquam excommunicari ab omnibus evitentur.

XXXII. Uir *obferventur conftitutiones Terraconenfes.* CBfusri *»**.

Item, ftatuimus, facro concilio ap-probante, quod quilibet epifeopus pro-vinci® Terraconx circa obfervationem prxfcntis conftitutionis dc omnium con-fticutionum , a noftris prxdecciforibus editarum, fit follicitus dc attentus. Re-dores autem ecclefiarum dc vicarii feu loca eorum tenentes eafdem conftitutio-nes ad mandatum fui diœcefani vel e-jus officialis inviolabiliter teneant . Si quis vero de prxdi&is redoribus , vica-riis , capellanis , vel eorum locum te-nentibus, recepto mandato fui dicecefa-ni vel ejus officialis, prxfentes dc alio-rum prxdecefibrum noftrorum conftitu-tiones neglexerit obferaare , ad fui c-pifeopi vel officialis arbitrium puniatur; dc nihilominus teneatur reftituere illi , qui petit juftitiam , omnes expenfas , quas eundo dc redeundo propter hoc od dicecefanum per juramentum promiffa taxatione dkacefani probaverit fe fecif-fe : dc ad hoc per dicecefanum epifco-pum compellatur . Dioecefanus vero, qui circa correâionem fubditorum **fuorum** fupra prxdidis fuum mandatum vel of-ficialis fui neglexerit adimplere , vel cir-ca obfervationem prxdi&arum conftitu-tionum negligens repertus fuerit , vel remiftus, iram dc indignationem omni-potentis Dei, dc bearx Teclsc incurrat, puniendus nihilominus ad arbitrium provincialis concilii , quod in ecclefia Terraconx contigerit in pofterum cele-brari»

XXXIII. *Cbriftiana non habitent cum Jiutais, nec eorum filios nutriant.*

Statuimus etiam, facro-fanâo conci-lio approbante , quod nulla mulier ali-cujus provinci® Terracon® audeat habi-tare cum Judxis, aut filios vel filias eo-rum nutrire vd la&are; dc quacumque contra hujufmodi inhibitionem noftriim, poftquam monita fuerit, fuper hoc pr®-fumpferit*facere fupradiâa, decernimus eam vel eas extunc excommunicationis fententix fubjacere; ita videlicet, <juod cum illud dkecefimo aut reâori loci il-lius, ubi mulieres fuper hoc culpabiles invent® fuerint, extitent nunciatum , per jam diâum diacefannm aut redo-rent ipfâc mulieres excommunicate nun-cientur , dc tamquam excommun icatas faciant ab Omnibus evitari : dc ne ipfe mulieres de facili in excommonicatio-nis

Chrifti I"2J£^"nis laqueum incidere valeant; ipfo fa- A
do volumus & mandamus , quod prx- fentes conftitutiones per dioecefanum aut redorem locorum, in quibus Judaei mo* rantur feme! annis lingulis publicentur.

XXXIV. *De capellanis.*

Bernardus in concilio fecundo.

Intelleximus in quibufdam aliis partibus didx provineix abufum pravx confuetudinis fubintrafte, quod cum ca- B nonici ex collationibus fuorum epifeoporum capellanias canonice funtadepti; ipfi canonici eafdem capellanias aliis pro voluntate fua conferunt & aftignant. Cum autem impoflibile fit de jure ; ftatuimus, ut praedidarum capellaniarum collationes per prxdidos canonicos, qui eas a fuis epifeopis canonice habuerint, nullatenus de cetero attententur. Quod fi contra fadum fuerit , id decernimus irritum & inane .

XXXV. *Super obferTatione feflivitntis bette Teclt.* C

Ceterum, quia ecclefia Terraconx , qux caput & mater exiftit totius provineix Terraconx , fub invocatione & titulo beatiftimx virginis fandx Theclx martyris fit conftruda : propter quod ad invocationem & venerationem ejufdem omnes & finguli dc prxdida provincia fpecialiter adftringuntur , conftitutiones prxdeceffbrum noftrorum fuper hoc editas innovantes, volumus ac uni- D verfis & finguli* fuftraganeis noftris in virtute fandx. obedientix firmiter dicimus & mandamus, quatenus obfervent conftitutiones editas in facro concilio Terraconx fuper obfervatione feftivitatis B. Theclx virginis & martyris , qux nono calendas odobris feftivari intitulatur , per fuas civitates & diacefes in abftinentia cibali & foavilis operis faciant celebrari.

XXXVI. *De bis, qui interficiunt Tel csh fiunt epifeopum Tel tltcrwn prtlatum.* E

Bernardus in cqpcilio tertio.

Quoniam exempla prxterita cavere nos admonent in futurum : idcirco nos Bernardus divina perqpiftione Terraconx archiepifcopus , aftiftentibus nobis venerabilitxis patribus Roberto Barcinonenfi, Petro Urgellenfi, Jacobo Often. Jafperto Valentinenfi , Garcia Tirafonenfi , Roberto Girundenfi , Willelmo llerdenfi epifeopis , ac procuratoribus aliorum c- pifeoporum abfentium , nec non & cathedralium ecclefiarum ac collegiatarum, & quamplurimis aliis prxfentibus , facro-fando Terraconx approbante concilio, ftatuimus,ut quicumque, inftigante diabolo, per fe, vel per alium , interfecerit, vel vulneraverit , vel ceperit , aut perducerit aliquem epifeopum ; omnibus feudis ac rebus & beneficiis , qux ab ecclefiis quibufeumque Terraconx provineix tempore fceleris obtinebit , ipfo fado fit perpetuo privatus, & per viros ecclefiis, a quibus prxdidla obtinuerit, applicentur. Nec defeendentes ab eodem malefadpre ufque ad quartam generationem ad gradum aliquem clericatus promoveantur, nec beneficium aliquod ecclcfiafticum feudale , vel aliud quodlibet in Terraconx provincia aflequatur . Et ne minus vindidx , quam exceflus memoria tanti facinoris prorogentur , adjicientes,ut fi quis epiicopusVel alius quicumque prxlatus aliquernde prxdidUs defeendentibus ad aliquem ordinem promovere, vel aliquod ecclefiafticum beneficium feu quodlibet aliud eidem conferre prxfumpferit ; a collatione illius ordinis , quem fcienter contulit , per biennium fit fufpenfus ; & collatio ejufdem beneficii fit irrita , ipfo jure,& ea vice per primum fuperiorem de illo beneficio ordinetur . Si vero aJiquem de prxlatis inferioribus epifeopis , vel principalem officialem epifeopi, vel canonicum ecciefix cathedralis ~~aufu temerario quifquam interficere~~ », mutilare , vel capere prxfumferit, & filii fui Incurrant panam expreffam fupra ipfo fado. Provifo qùod ipfis ftudis & pofteftionibus quibufeumque tantummodo fint privati, qux ab ecclefiis, quarum perfonas fic Ixferint modo quolibet obtinebunt : hoc falvo, quod alias fuper hoc in canonibus continetur . Et prçlatus qui tales malefa&ores, vel filios eorum ad aliquem ordinem promovere, & cuiquam talium beneficium ecclefiafticum conferre prçfumferit; a collatione illius ordinis, quem fcienter contulerit ; per annum fe noverit fufpenfum ; & collatio hujufmodi fit irrita, ipfojure; & ea vice de beneficio per fuperiorem primum ordinetur . Quicumque autem de prxdidis malefactoribus, vel filiis fuis a quocumque epifeopo fcienter vel ignoranter ordines receperit ,executionem non habeat ordinis fufeepti, i)cc beneficii collatio valeat, ut eft didum, falvis tamen omnibus panis canonicis, quibus per hanc

chrtsti ',o·

hanc conftitutionem non intendimus in aliquo derogari. Hzc autem ftatuta falubriter per diocefanos epifeopos TerraconsE provinciz fingulis annis in fuis fynodis & dicecefibus przcipimus publicari: & nihilominus hi qui prxdi&as poenas incurrerint in fynodis nuncientur. Datum apud Terraconem undecimo calendas aprilis, anno Domini MCCLXXXII.

XXXVII. Pe per>/7/.

Nordricus in primo concilio Terraconenfi celebrato idus martii, anno Domini MCCXCII.

Quamvis fit pia confideratione ftatutum, quod non merentur ecclefias regere, qui funt crimjnc perjurii irretiti; nec vivere de patrimonio fandi Petri., qui fic irreverenter & enormiter contemferunt: attendentes quod nonnulli antiqui hoftis invidia procurante, in contumeliam Redemptoris, & non modicum animarum fuarum difpendium, temere violant per eos przftita juramenta: nos huic morbo damnabili & peftifero, quantum pofliimus, competentibus remediis obviare volentes, hac edita conftitutione fancimus,ut fi quis clericus famz fuz prodigus, & proprii perfecutor honoris, juramenti religionem fpreverit nulla cogente necelfitate, fed libero arbitrio & a voluntate contra jusjurandum a fe przftitum putaverit efle veniendum, aut de hoc coram fuo judice fit confeflus, vel legitima probatione conviéhis, vel alias de przmiffis conftiterit evidenter, panam viginti morabotinorum ipfo fado fe noverit incurrifle, ejus ordinario abfque remiflione aliqua confifcandorum. Dignum eft enim, ut quos Dei timor a malo non revocat, temporalis faltem coerceat feveritas difciplinz'; & fi folvendo par non fuerit; fic aliter reatus talium caftigetur, quod poena ipforum ceteris auferat audaciam fimilia przfumendi; falvis tamen aliis omnibus panis canonicis, contra tales habitis, quibus per conftitutionem. przfentem non intendimus in aliquo derogari.

XXXVIII. *Contra excommunicates abfolutioncm non petentes,*

Item, cum fit medicinalis excommunicatio, non mortalis, dilicipiinas non eradicans, dum is in quem lata fuerit non contemnant, hoc confultiflimo ftatuimus edido, quod fi clericus in quocumque ordine conftitutus, canonice fuerit excommunicationis vinculo innodatus, & publice nunciatus,& negligens in abfolutione petenda, per fex menfes continue in excommunicatione ipfa contumaciter ex certa fcientia perftiteric, quia nihil obedientia prodefle videretur fimilibus, fi ejufdem contemptus contumacibus non obeiiet: fi beneficium ecclefiafticum habeac poenam viginti morabotinorum incurrat: û beneficiatus non fuerit,pœnam decem morabotinorum przftare cogatur xrario fui ordinarii applicandorum. Si vero propriz falutis oblitus, per annum continuum in przdida excommunicationis fententia perduraverit, Pharaonico animo damnabiliter obftinato: quia crefcente contumacia, crefcere debet & poena, ftatuimus, ut quadraginta aureos fuo ordinario applicandos folvere teneatur. Si vero ultra annum in excommunicatione perfiftit, tamdiu ab officio & omnibus beneficiis, quz obtinet, fit eo modo fufpenfus, donec fe abfolvi fecerit, & poftea nihilominus tanto tempore,quanto poft annum, ut przmittitur, in excommunicatione permanferit.

XXXIX. *Contra illos, qui minifirant faeramenta alieno panoebiano.*

Item, cum ecclefiaftica facramenta fint miniftranda per proprium facerdotem, juxta canonica inftituta, facri approbatione concilii, duximus providendum, quod nullus clericus przfumat quodeumque facramentum ecclefiafticum alteri parrochiano aliquatenus miniftrare, abfque licentia proprii reéloris, vel diœcefani, vel officialis eorumdem. Qui vero contrarium temeritate propria, quz lege damnatur, przfumpferit attentare. pœnam decem morabotinorum diœcefi vel ordinario, cui fubeflê dignofeitur, folvere compellatur. Volumus tamen quod facramentum baptifmi & paritentiz morientibus tempore neceflitatis cogentis extremz poffit conferri, & difpenfari a quolibet facerdote, memorata pana in aliquo non obftante.

XL. *Contra non opponentes fe arebiepifcopo Toletano, dr aliorum arcbiepifcoparum litteris.*

Item, facro approbante concilio, ftatuimus, alius epifeopus per Terraconam provinciam tranfitum faciens, crucem ante fe portari fecerit, vel pallio ufus fue-

anum '>'*. fuerit. ve! indulgentias dederit, qux, A ficut dicitur» fuerunt per aliquo· temo* re attentata, fi diœcefanns, in cujus dxrcefi talia committuntur, non fe opponent, & fi non inhibuerit quantum poterit modo bono; fint ab ingreflu ecelefix, eo ipfi», fufpenfi; fle fi aliquis litteris indulgentiae aliquorum archiepi* fcoporum in noftra provincia ufus fuerit, tamquam falfarius puniatur.

XU. *Dc faljis afaJMis.*

Cum quidam, qui fe dicunt apoftolos, & religiofos fe fingunt, fint fuis exigentibus meritis per fedem apoftolicam excommunicationis vinculo innodati, dc poftmodnm per orbem vagabundi In multis malis fuerint deprehenfi; fintque periculofi homines circa fidem; volumus dc etiam ordinamus, ut ubicumque inventi fuerint, capiantur & dc tota provincia expellantur.

. XLIL *Dc qtufioribus.*

De quxftoribus autem ecclefiarum, hofpitalium, vel pontium, feu aliis, duximus ftatuendum, quod fine noftris vel epifeoporum litteris, non recipiantur; dc tunc ad {medicationes non admittantur; fed ad expolitiones ipforum tantum, qux in epifeoporum litteris continentur; dc fi przdicarc prxfumferint, capiantur.

XLIII. *Ne clerici trabansur ad judicium feculare.*

Tam de jure canonico, quam civili dc libertatis ecdefiafticx privilegium eft, ut clericus in caufa civili aut matrimoniali volens etitm dc confentiens, nequaquam valeat coram fxculari judice convenire : prxfnmunt tamen alicubi in provincia Terraconenfi clerici dc laici clericos fuper violentiis dc Injuriis, dc quod eft abfurdius, fuper decimis ad fxculare judicium trahere ac temere evocare: judices etiam fxculares, falcem in alienam fegetem immittentes, de E caufis hujufmodi inter clericos cognofcentes, captis pignoribus, aut mulda indida, cogunt clericos fic conventos, dc per ipfos fententialiter condemnatos fatisfacere, fori prxfcriptione declarande jurisdidionis aliquatenus non admit fa. Unde cum przdida in prxjudicium vergant ecdefiafticx libertatis : idcirco nos Rodericus permiflione divina fandz Terraconx ecclefiz archiepifcopus, approbante facro concilio, ftatuimus I

anum '»»>. cenfemus, ut dericus dc laicus, qui in criminahbus, aut civilibus temporalibus, aut fpiritualibus, clericum attentaverit, coram judice fieculari, eo ipfo fententiam excommunicationis incurrat. Et nihilominm clericus fic adionem temere attentatam contemnat. Sententias qpoque pnedkftas tamquam a judice non competenti latas decernimus juribus penitus vacuatas, confueradine aliqua, qux corruptela debet veracius nuncupari, in contrarium non obftante.

XLIV. *Ne demur cemefttones feu fraudia de decimis.*

Scripturx faerx, patrum quoque decreta fanxerunt, a eundis fidelibus Deo dc ejus miniftris decimas libere dc integre perfolvendas. Habet tamen quorumdam abufus, quorum dominus venter eft, ut cum decimas ad granarium ecdefix deferunt, ficut debent, C comeftiones feu prandia exigunt: hac de caufa dc quod femel feu una die poflent ad granarium ecdefix apportare, per multas vices multofque dies decimas minutatim deferunt, ut fingulis vicibus vel diebus reficiantur a redoribus dc cibentur. Cumque hoc in detrimentum dc diminutionem jurium decimalium non fit dubium redundare; ideo nos Rodericus permiflione divina fandx Terraconx ecclèfiz archiepifcopus, approbante facro concilio, hoc fieri prohibemus, confuetudine aliqua, qux juri D divino eft contraria non obftante. Si quis vero, contra prohibitionem no» ftram hujufmodi pecuniam, comeftiones, dc prandia, ex hac caufa exegerit, feu propter hoc partem decimx fubtraxerit, retinuerit, vel retineri fecerit; dc admonitus per redorem infra decem dies non fatisfecerit, audoritate przfentis conilitutionis, excommunicationis fententia percellatur.

XLV. *De navalibus* dr *terris Sarra·cenarum.*

Licet dubium verti non debeat, quod facris canonibus eft ftatutum: quidam tamen captantes ignorantiam affedatam, vertunt in dubium, utrum de frudibus novalium, qux Sarraceni in montibus aut terris dominorum chriftiànorum faciunt, decimam ipfi Satraceni ecclefiis folvere teneantur, ' Unde nos Rodericus permiflione divina Saudx Tarraco-

AMMO cHum

racons ecclefias archiepifcopus, dubitationis hiynfmodi materiam amputantes, facro approbante concilio, declarando decernimus, Sarracenos quofeumque de prxdidis novalibus decimas fle primitias debere ecclefuc folvere, ficut flt de frudibus aliarum pofleflionum qux fuerunt chiftianorum, fle ad culturam eorumdem Sarracenorum poflmodum pervenerint: prxfertim cum de gregibus, qui in montibus flt terris hujufmodipafcebantur, antequam ad culturam novalium redigantur, ab ipfis decimx fle primitir ecclefiis folverentur: cum res eadem propter diverfitatem fruduum non debeat quoad prsdlationem decimarum diverfa ccnfexi.

XLVI. De *immunitate ecclefiarum.*

Rodericus in tertio concilio celebrato. Quorumdam oculos *fic* excreat ambitio, ut temporalibus commodis inhiantes, plus temporali majeflati, quam rternç placere Audentes, libertates & immunitatem ecclefiafticam, quam ipfi tenentur defendere, laedere ac minuere moliuntur, inflammando principes & poteflates feculares, & univerfitates locorum, five redores eorum, eifquc impendendo confilium fle patrocinium, nec non ecclefiarum, a quibus beneficia recipiunt, exhibendo, & tradendo inftrumenta, & alia documenta contra ipfas & perfonas ecclefiafticas, ipforum homines & bona, privilegia & etiam libertates. Et idcirco cupientes, ut ccclefix in plenitudine juris fui & libertatis integritate Letentur, ac deteftabilis malignorum audacia, fle infolentium temeritas nefaria propulfetur; facri approbatione concilii, ftatuimus, quod quicumque przlati ecdefiaftici, vel perfonx religiofx, vel feculares, quorumcumque ordinis, conditionis feu ftatus exiftant, palam vel occulte principes, vel feculares potentates vel univerfitates locorum, aut restores eorum, inflammaverint, vel eis confilium vel patrocinium fcienter dederint, vel ecclefiarum, in quibus beneficia obtinent, abfque expreffo confenfu fui prxlati fle capituli vel conventus, exhibuerint, vel alia tradiderint inftrumenta, vel alia documenta, contra ipfas ecclefias, monafteria, vel loca religiofa, aut jura, vel bona, vel privilegia, immunitates eorum vel libenates, in excommunicationis fententiam incidant ipfo fado: fle nihilominus beneficiis, qux habuerint in ecclefiis vel locis, qua: lie fcienter vel fraudulenter lxferint, perpetuo fiat privati. Et ut przdidorum malitiis obvietur, fle ecclefix debitis fervitiis non fraudentur, fle denegandi fle *diffolutto-nis* materia fubtrahatur; ftatuimus, ne aliqua prxdidarum perfonarum ecclefiafticarum, qux in facris ordinibus fint vel fuerint conftitutx, vel beneficium ecdefiafticum obtinent, vel religiofa prxfuxnat fequi continue aliquam fecularem curiam, fic quod, fit de familia fua, vel vidum feu ftipendium recipiat ab cademnifi fu' Prz!ati vel fuperiotis confilio, fle affcnfu fui capituli, vel conventus, vel majoris partis ejufdem licentia prius habita & obtenta. Si quis vero horum temerarius violator extiterit, excommunicationis incurrat fententiam, ipfo fado. Epifcopos vero proter prxrogativas pontificalis officii ligari nolumus hac fententia fuperius ultimo lata; fed nihilominus a nobis archiepifcopo vel fiiccefforibus nofiris fuper his petere licentiam tc** neantur.

XLVII. *Contra ordinarios qui ad requifitianem alterius non fervant conftitu^tiones de invaforibus.*

Sollicitat cura fufeepti regiminis, ut utilitatibus fubjedorum, maxime novavarum conftitutionum editione, maxime antiquarum innovatione, providere curemus. Sane cum conftitutiones factorum z conciliorum Terraconz edita:, contra raptores, invafores perfonarum, & rerum ecclefiafticarum, fle religioforum, fle hominum eorumdem, ex quibus ipforum audaci? coercetur, ac bona ecclefiaftica confcrvantur, propter quorumdam abufum & negligenciam debitum non fortiantur effedum. Cum nonnulli trepidantes, ubi trepidandum non eft, cum requiruntur per locorum ordinarios, in quorum diœcefi rapina, vel violentia eft commiffa, utprxdl&as conflitutiones debeant obfervare, fubciliter caufa diffugii in tantum indagare fle inquirere an prxfatx conftitutiones vendicent fibi locum in his parces judicis, ut mcrj executore$ deberent procedere, affumentes» Et idcirco quia parum eft condere jura, nifi effet qui ea tueretur; prjrdidasconftitutiones approbantes, & confirmantes, facro approbante concilio, ftatuimus,quodquandocumque aliquis epifeopus, vêl ejus officialis, vel ejus vices gerens, per nos vel officialem noftrum, vel per alium epifeopum, vel ejus officialem, feu vices ejus gerentem

\flo-

ahNO christi

b

noftrr provincix, qui per litteras fuas fignificaverit fe fervare conftitutiones prxdiitas contra illum contra quem petit ipfas conftitutiones fervari fuerit requifitus, ut denuntiet eum' excommunicatum juxta memoratas conftitutiones, eas fervet & faciat obfervari, Sc talem mandet denuntiari exct^mmunicatum, ipfas conftitutiones fine alia cognitione & inquifitionc ftatim /el infra triduum die, qua talis requifitio fada fuerit, minime computata, & in fua diœcefi requifittis prius fuerit, vel in loco, quo infra di&um tempus hxc valeat adimplere, alias, quam cito comode poterit, confiderata locorum diftantia, obfervec & mandet obfervari, omni appellatione & exceptione cdfante. Sed fi prxmifla contemferit, ur prxdicitur, adimplere, tamdiu ingreflum ecdefix fibi noverit interdidum, donec ipfas conftitutiones obfervet & mandet obfervari. Ex quo autem didas conftitutiones fecerit vel mandaverit obfervari, extunc ipfo fado interdidum prxdidnm abfque relatione alia penitus fit fublatum: hoc autem provifo, quod propter juris ordinem non fervatum proceffiis per ordinarium vel ejus officialem habitus feu fada denuntiatio nullatenus revocetur, cum multis craffantibus opus fit exemplo juxta canonicas & legitimas fandiones,

XLVIII.

Item, quia non eftferendus, qui lucrum ampleditur, onus autem fubire recufat, facro approbante concilio, ftatuimus, omnes perfonas cujufcumque ftatus vel conditionis exiftant, qux ex prrfatis conftitutionibus commodum recipiunt, fubjacere & efle fubjedas ipfis conftitutionibus, fi deliquerint in his, qux in ipfis conftitutionibus continentur: & contra tales perfonas juxta tenerem ipfarum conftitutionum efle rigide procedendum. Salvis conftitutionibus facrorum conciliorum Terraconcnfium in favorem epifeoporum fadis, quibus ftatutum eft, quod epifeopi hujufmodi conftitutionibus contra raptores & invafores rerum ecclefiafticarum editis non ligentur.

XLIX. *Cattira interficientes fralatos, canosticos, ttmflerios, dr ürvaéentes loca religioforum.*

Officii noftri debitum circa difpendia, qux per nonnullos ecclefiis, & perfonis ecclefiafticis, & ceteris hominibus, & rebus indebite inferuntur, deliberatione provida erigentes, falubris remedii appofitione talium temeritatem duximus puniendam. Et idcirco, facri approbatione concilii, confirmantes omnes conftitutiones per prrdeceflores noftros editas, & fpecialiter contra raptores & invafores perfonarum dc rerum ecclefiafticarum, addendo, eifdem ftatuimus, quod quicumque de cetero in prxlacum aut canonicum ecdefix cathedralis, vel ecdefix collegiate, vel clericum, qui vocem habeane in communibus cradatibus capituli ecdefix cathedralis, vel in commendatorem militix templi vel hofpitalis fandi Joannis Jerofolymitani manus injecerit temere violentas, vel terram vd loca prxlatorum, ecclefiarum, vel templariorum, vel hofpitaliorum, vd aliorum locorum religioforum cum exercitu invaferit, arbores cedendo vel tailliando, aut ignem immitendo, aut grave damnum aliter irrogando, prxter fententiam excommunicationis, quam ex tali delido fe noverit incurrifle, & ultra alias pœnas contra talia ftatnta, ubicumque ipfo fuerit, ceftcttr penitus a divinis, & quicumque cum exercitu terram prxlatorum, vel ecclefiarum, vel locorum religioforum invaferint, ut eft didum, & moniti infra menfem non fatisfecerint, omnibus feudis, qux ab ecdefiis, vel perfonis, vel locis religiofis tenebunt, qui fic lxferint perpetuo fint privati, falvis omnibus aliis pœnis contra tales ftatutis, quibus per hane conftitutionem non intendimus in aliquo derogari.

L. De *bevragiis* dr * *berendis.*

In nonnullis Terraconenfis provincix vel diœcefis ecdefiis fic avida gulofitas quorumdam laicorum animos excxcavit, quod certis anni temporibus parrochiani didarum ecclefiarum ab abbatibus, vicariis, feu redoribus earumdcm, certa prandia, çomeftioncs, paftus, potationes, feu beuragia exigere, quafi ex debito non formidant. Ec ipfos restores, vicarios, feu abbates, ad ea juxta abufum exhibenda per fubtradionem & retradionem decimarum dc aliorum jurium ecdefiaftkorum alias inverecunde compellere non verentur. Aliqui autem ex lareis fupradidis, una die cujuslibet feptimanx, qui ex debito volunt comedere cum redore, vicario, feu abbate i & ultra comeftionem habere & exigere aliquam pecuniam ab cifdem, ita per totum anni circulum continue facientes, quo ufque omnes parrochiani cum eis comederint, & certum quid habuerint ab eifdem. Poft qux, inquam, & repetunt illud idem; funeque alii laici ex prxdidis, qui fo-

km-

lemnibus diebus Natalis Domini, PafchzAtis, oatisn dc Pentecoftes immediate poft communionem dc receptionem facrati Corporis JESU-CHRISTI, quod cum humilitate & devotione recipere tenentur, & aliquibus anni temporibus, quafi ex debito exigunt implere ab ecclefiis, abbatibus, vicariis, redoribus vim certum ex abufii hujufmodi vel etiam juxta votum: adeo quod interdum X. vel XV. onera in potationibus hujufmodi expenduntur, propter quz ingurgitationes, ebrietates dc comefiationes indebitz committuntur, dc multoties mortes dc vul-® ncra funt hadenus fubfecuta. Quamplurimi etiam ex laìcis àntedidis tempore, quo primitiarum ac decimarum granaria dividuntur, non permittunt per illos, ad quos didz decimz de primitiç bladi pertinent, portari libere didum bladum fuis propriis animalibus, vel etiam alienis, nifi pro apportaturis przfati bladi in duplo velxtriplo, quo alii portarent, neceflario eis detur. Nonnulli etiam, qui juxta laicorum confuetudinem ad horrea ecclefiarum bladum de-ç cimarum & primitiarum deferunt, & die, qua portant, cibantur ab ecclefiis, vicanis, feu redoribus eorum, qui per multas vices, multofque dies excogitata malitia deferunt minutatim quas portare poterunt una die, ut fingulis diebus vel vicibus reficiantur ab ipfis ecclefiis, & earum redoribus, ac cibentur; conftitutione noftra, quz hoc prohibet, non obftante. Alii vero laici cum fubfidia ex certis caufis portionariis, vicariis, feu clericis ipforum laicorum confanguincis, affinibus, feu amicis, per loco-ϴ rum ordinarios vel nuntios feu legatos fedis apoftolicz imponuntur: vel cum ipfis portionariis, vcl vicariis, feu clericis beneficiatis in ecclefiis przlibatis, per ipfos redores, feu abbates, vel eorum gerentes vices, ex eo quod fervitium ecclefiz non faciunt, ut tenentur, "cl alia caufa iufta, licita & honefta, interdum ad tempus fuorum beneficiorum fradus forfitan fubtrahunt. Ad requifitionem, fuafionem, feu monitum hujufmodi clericorum occulte retinent E fibi decimas, dc alia jura ecclefiaftica, dc portionariis feu clericis memoratis tribuunt, propter quod negligentia didorum portionariorum clericorum dc aliorum circa divinum officium remanet impunita, dc de alieno folvant, quod de fuo proprio folvere tenebantur: dedidi laici nihilominus participes funt in furto, allegantes omnes przdidi de Anguli ad excufandas excuiationes in pecca- ½ quod confuetudinea obfervant abfque ufu. Nos igitur volentes ex debito no- ch*isti ·>»»· ftri officii ecclefiarum indemnitatibus providere, ac malitiis, ufurpationibus, dc morbis hujufmodi obviare, facro approbante concilio, ftatuimus, confuetudines, obfervantias abfque ufu, corruptelas, dc abufus penitus repugnantes etiam judicantes, przdi&a omnia dc fingula deinceps fieri omnino prohibemus f cum non fit dubium, ea efle contra bonos mores, dc canonicas fanéliones, dc in gravamen jurium ecclefiarum dc ecclcfiafticz libertatis Etnihilominus quia parum proficit jura condere, nifi pœna tranfgreflbribus imponatur, monitiones in omnes & fingulos qui przdi&a prandia, comeftioncs, feu paftus, potationes, feu alia beuragia, de alia przdida, feu aliqua de eifdem exegerint cum effe&u; & qui exaàlionibus memoratis, vel aliqua earumdem, de decimis vel primitiis & aliis juribus ecclefiailicis aliquid fibi fcienter retinuerint, vel per alios procuraverint aut confenferint retineri, excommunicationis fententiam promulgamus. In locis vero, in quibus univerfitas in his culpabilis extiterit, ceifetur penitus a divinis fub pœna excommunicationis. Abbatibus, redoribus, vicariis, dc aliis ecclefiafticis perfonis interdicentes & prohibentes exprefle, quod didis laicis, vel eorum alicui, comeftiones& paftus, potationes dc beuragia, vcl aliquid aliud, ex caufis feu occafionibus fupradidis non dent, nec dari faciant, vcl permittant, fi alias poenas canonicas voluerint evitare.

LI. *De ceffationibus a divitiis fervetur conflitutio.*

Item, cum in quibufdam conftituriotiibus factorum conciliorum Terraconenfium fit cautum, quod in certis cafibus debeat cellari penitus a divinis: facri approbatione concilii, declaramus przdidam cefiationem debere fieri prout tempore generalis interdidi per conftitutionem fandiifimi patri domini Bonifacii papz VIII. quz incipit, *Alma mater*, dc per alias confiitutiones cano* nicas eft ftatutum.

LU. *Contra celantes inftrumenta ecclefla ferracana.*

Rodericus in quarto concilio anno Domini.... Quoniam pontificalem decet folertiam «erum ecclefiarum ita curam gerere, ic fubje&orum commoda inveftigare, ut ecclefiaftica libertas incorrupta

anno christi rupta perfiftat, & fingulorum ftatus juA raconenfis ufurpando jurifdidionem cP*"""7nnÔ~
giter fervetur illxfus: idcirco noiRode_ icoporum provincix Terraconenlis cleri- cHKisn
j-icus miferatione divina fandx Terraconx cos ordinandos prxfentent per fuas lit-
ecclefix archiepifeopus ,· in prxfata ecclefia facrum provinciale concilium celebrantes, callidis quorumdam machinationibus obviantes, qui privilegia, inftrumenta, & alia ecclefiaftica munimenta, ad-nos & noftram Terraconx ecclefiam pertinentes, reddere & reftituere contradicunt, facri approbatione concilii, ftatuimus, quod quxcnmque perfona religiofa vel fxcularis, cujufcumque gradus feu conditionis exiftat, de cetero fraudulenter celare, vel fupprimere prxfumferit hujufmodi privilegia, inftrumenta, vel aliqua ecclefiaftica munimenta ; & infra fpatium quindecim dierum, poftquam certi funt ea ad nos & noftram Terraconx ecclefiam pertinere, ea nobis reddere feu reftituere malkiofe contemferint, excommunicationis fententiam incurrant ipfo fado : a qua abfolvi non poihnt, nifi prius fatisfecerint de prxmiffis,

LUI. *Ut abbates veniant ad concilia.*

Item, cum aliqui abbates, priores, & alu prxlati collegiatarum ecclefiarum noftrx provincix Terraconx non venerint ad prxfens concilium, licet per noftras litteras mandatum fuerit venerabilibus fratribus epifcopis fuffraganeis noftris, quod prxdidis abbatibus, prioribus, & prxlatis prxeiperent, & alias ut ad praeiens concilium venirent: idcirco prxeipimus prxfans epifcopis in virtute fandx obeiiientix, quatenusde cetero prxdidos abbates, priores St prxlatos, in itus diorcefibus .conftitutos compellant ventre ad talia concilia. qux per nos ve! fuccefibres noftroscelebranda fuerint, Domino annuente, Illos vero, qui ad dida concilia non venerint, juvari volumus conllitutionibus, qiuc in prxdidis conciliis fuerunt celebratx, mfi qui venue non poflent, impedimentis canonicis fueriot impediti, vel juftas caulas oftenderint, quibus ad dida concilia venire minime teneantur. Contradixerunt epifeopus Gerundenfis & procuratores capituli Gerundenfis, afferentes prxdidos abbates non teneri venire de jure vel confuetudine ad concilium fupradidum.

LIV. *Dc abbatibus ufurpantibus jurifdiftianem epifeoporum,*

Cum nonnulli abbates provincix Terraconenfis ufurpando jurifdidionem epifcoporum provincix Terraconenlis clericos ordinandos prxfentent per fuas litteras aliis epifcopis, epifeoporum, ad quos pertinet didorum clericorum ordinatio, licentia minime requifita ; cqgnofcant etiam vel cognofci faciant, de caufis matrimonialibus in civitatibus & dicecefibus prxdiborum epifeoporum & aliter ufurpent ipforum epifeoporum. jurifdidionem, aliaque faciant, qux ad ordinem pontificalem pertinere noftuntur; Mandamus univerfis epifcopis fuffraganeis noftris, quod ad prxfentationem didorum abbatum, vel inferiorum prxlatorum, nullum clericum ordinent, donec fidem fecerint, quod ex privilegio fedis apoftolicx hoc fibi fpecialitcr fit indultum ; & quod fentenrias excom, municationis per ipfos epifcopos vel eorum officiales latas & ferendas contra impedientes &ufurpantes jurifdidionem ipforum epifeoporum obfervent, & faciant inviolabiliter obfervari,

C LV. *De exeeutionibus teflamentarum.*

